CONCIO ORTHODOXA.

QVID DE RELIQVIIS, QVÆ MAGNA IN UENERATIONE IN PAPATU HABENTUR, SENTIENDUM SIT.

ITEM,

An quis ſalua conſcientia ad diuerſa Sanctorum loca religioſa peregrinatione concedere queat.

HABITA INGOLSTADII AD S. MAVRItium, per R.D. Martinum Eiſengrenium, SS. Theologiæ Licentiatum, & Præpoſitum Moſburgenſem.

Nunc primùm autem latinitate donata, per M. Tilmannum Bredenbachium Embricen.

ADIECTVM EST PROPTER ARGVMENti ſimilitudinem, Carmen M. Hannardi Gamerij de Sanctorum Reliquijs.

ANNO M. D. LXV.

Damaſcenus li. 4.

de Orthodoxa fide Cap. xvj.

FONTES NOBIS ſalutares DEVS præbuit, Sanctorum Reliquias, multis modis beneficijs ſcaturientes.

REVEREN-
DISSIMO IN CHRI-
sto Patri, eidemq́; Principi Il-
lustrissimo ac Domino, D. Othoni
S. R. E. Episcopo, Cardinali Augu-
stano & Albano, Nationis Germa-
nicæ Protectori, Domino & Præ-
posito in Elwang &c. Do-
mino & Principi suo
Clementissimo.



VM PAVcos antè menses ob vberiorē ingenij cultum

 Louiano

Damaſcenus li. 4 de Orthodoxa fide Cap. xvj.

FONTES NOBIS ſalutares DEVS præbuit, Sanctorum Reliquias, multis modis beneficijs ſcaturientes.

REVEREN-
DISSIMO IN CHRI-
sto Patri, eidemq́; Principi Il-
lustrissimo ac Domino, D. Othoni
S. R. E. Episcopo, Cardinali Augu-
stano & Albano, Nationis Germa-
nicæ Protectori, Domino & Præ-
posito in Elwang &c. Do-
mino & Principi suo
Clementissimo.



VM PAV-
cos antè men-
ses ob vberiorē
ingenij cultum

 Louiano

Louanio Ingolſtadium conceſsiſſem, Reuerendiſsime Cardinalis & Princeps Illuſtriſsime, inter cæteros celeberrimæ huius Academiæ Profeſſores Theologos, non minimam humanitatẽ & beneuolentiam in me declarauit Magnificus vir D. Martinus Eiſengrenius S. Theologię Licentiatus, & Præpoſitus Moſpurgenſis, exponens inſuper, quàm benignã & honorificam tua Reuerendiſsima

rendiſsima & Illuſtriſs. Celſi. parentis mei piæ memoriæ, Mathiæ Bredenbachij ſuperioribus diebus fecerit mentionem. Quod cùm, vt par erat, voluptatem & conſolationem mihi adferret, cœpi diſpicere qua potiſsimùm ratione officioſi & reuerentis animi mei pignus & teſtimonium viciſsim ergà Tu. Reuerendiſs. Celſi. declarare poſſem.

Erat autem mihi id tem-

porisin manibus concio eiu
dem D. Martini Eiſengri
nij de ſacris Reliquijs, qua
cùm magno plurimoru
applauſu, ut cętera ipſius om
nia, exceptam eſſe non igno
rarem, hortantibus & effla
gitantibus quibuſdam ami
cis, in latinum ſermonem
tranſtuli, vt quoniam exte
ra quoq; regna peſtilentem
hæreſios contagionem no-
biſcum ſuſtinent, commu-
nem nobiſcum medelam per
cipiant.

cipiant. Ac tametsi alij quoq;
hanc materiã tractare conati
sint: an ea tñ felicitate, ea ui et
argumentorum robore, atq;
adeò ardenti zelo propugnan
dæ sanctę Romanę et Catho-
licæ religionis, nõ immeritò
quis dubitauerit. Nã vt alio-
rum huius authoris operum
huiusq; cõcionis à me versæ,
laudes prætere am: ita sanè ab
ipso, ut modestissimè dicam,
neq; .n. patroni licet optimè
meriti aurib. quicq̃ dare uolo.

vniuersa hæc de sacris Reliquijs materia, commodissima exactissimaq; methodo in publicam Concionem digesta est, vt sinè magno negotio huius controuersię veritatem, vel quilibet mediocriter versatus Ecclesiastes populo suo queat proponere.

Neq; verò etiam illud Sapientis nos ab instituto dimouere debuit, cùm inquit: Faciendi plures libros nullus

eſt finis: non enim huiuſmodi ſtudium damnat, ſed vtì argutè conſiderauit D. Hieronymus, videns aliud eſſe, facere libros, aliud autem, facere plures libros, hoc ab Eccleſiaſte reprobari ait, illud verò minimè. Faciunt libros Catholici, ſed vnus illorum eſt ſcopus, vnus finis extremus, vna de dogmatibus Eccleſiaſticis ſententia, vnus ſpiritus, vna conſtans & conſentiens doctrina. Fecerunt

vniuersa hæc de sacris Reliquijs materia, commodissima exactissimaq́; methodo in publicam Concionem digesta est, vt sinè magno negotio huius controuersię veritatem, vel quilibet mediocriter versatus Ecclesiastes populo suo queat proponere.

Neq; verò etiam illud Sapientis nos ab instituto dimouere debuit, cùm inquit: Faciendi plures libros nullus

est finis: non enim huiusmodi studium damnat, sed vtì argutè considerauit D. Hieronymus, videns aliud esse, facere libros, aliud autem, facere plures libros, hoc ab Ecclesiaste reprobari ait, illud verò minimè. Faciunt libros Catholici, sed vnus illorum est scopus, vnus finis extremus, vna de dogmatibus Ecclesiasticis sententia, vnus spiritus, vna constans & consentiens doctrina. Fecerunt

libros Euangelistæ, sed ne
tiq̃ plures, cùm vnum eu
demq́; Christum cõsono o
profiteantur. Plures aute
fecerunt libros atq; etiam
num faciunt hæretici, qui
instar Sampsonicarum vul
pium disiunctis capitibus n
in vnum scopum collimant,
sed vel suæ blandiuntur libidi-
ni, vel inanem momentane-
amq́; venantur gloriam, vel
legitimorum Ecclesiæ Præ-
sidum ducuntur inuidia, atq;

aliud quiduis potiùs ſibi præfixum habent quàm vnitatem & incolumitatem Eccleſiæ & gloriam Dei. Quod ſi fortè in aliquibus diſſentiant Catholicorum libri, ea nec fidei Canones concernunt, nec veluti à dogmatiſtis, ſed tanquàm tractatoribus in medium proponuntur.

Porrò quòd hunc meum laborem, Tuæ inprimis Re. Cel. conſecrauerim, ea quam

ſuprà commemoraui cauſa me induxit, tũ deinde, quòd ſummas et planè heroicas tuas virtutes, multorum applauſu celebratiſsimas, tacita quadam veneratione plurimùm ſemper proſecutus ſim. Nam cùm alij generis ſplendore, alij doctrina, alij pietate, alij dignitate, alij hac vel illa virtute commendentur, in te hæc vniuerſa feliciſsimo pulcherrimoq; nexu cõiunctiſsima conſpiciuntur. Accedit

cedit ad hæc rara plurimarum rerum experientia, & variarũ remotiſsimarumq́; totius orbis nationum perluſtratio, quæ tantò ampliorem in viro Principe laudem merentur, quantò vberiorem in ipſo Philoſophiam καὶ εὐβουλίαν rerum adminiſtrandarum magnitudo requirit. Nec minorem laudem expoſcit, quòd vt ipſe virtutum, pietatis & literarum ornamentis decoratus es, ità

earundem cultores, omni clementia fauore & patrocinio tutaris, iuuas & prouehis. Vnde nõ ambiguam in ſpem erigor T.R.C. hunc laborem noſtrum non inclementer ſuſcepturum, Quod etſi mea fortè non promereatur induſtria, ſummam tamen authoris eruditionem, & feliciſsimam in huiuſmodi lucubrationibus dexteritatẽ non difficulter impetraturam ſpero. Deus Opt. Max. Tuam
R.

R. & I. C. Ecclesiæ suæ tuendæ, & studiorum commodis prouehendis quàm diutissimè felicem, florentem & incolumem conseruet. Datum Ingolstadij V. Cal. Decemb. Anno M. D. LXV.


T. R. & I. C.

Obseruantissimus,

Tilmannus Bredenbachius.

NOBILI AC DOCTISSIMO VIRO,

D. Simoni Eckio, Iuris utriusq; Doctori, Illustrissimi Boiariæ Principis secreto Consiliario & Cancellario, Domino & Patrono suo, Martinus Eisengrenius, Sacræ Theologiæ Licentiatus, gratiam & pacem in Christo Iesu precatur.





EGIMVS *apud Esdram, quomodò populus Dei, cùm sub Nehemia uastatum euersumq́; templum & abro-* 2.Esd.4.

gatum Dei cultum instaurare moli-
rentur, non minus molestiæ & labo-
rum sustinuisse, in hostibus, qui Templi
ædificationem impedire conabantur,
propulsandis, quàm in collapsis ruinis
instaurandis. Siquidem armatos eos
ad laborē procedere oportebat, gla-
dijsq́; accinctos, quos eductos una ma-
nu tenebant aduersus hostes ædifica-
tionis impedimenta machinantes, &
altera duntaxàt struendo operi uaca-
bant. Eodem planè modo nobis Ca-
tholicis Ecclesiastis hac nostra ue[illegible]
deplorata exulceratissimaq́; temp[illegible]
state usu uenit. Haud etenim satis [illegible]
nos in concionibus in hoc incumbe[illegible]
Ephes.1. *ut Catholicam Ecclesiam, quæ est [illegible]*
Apoc.21. *uitas Dei, uerumq́; Templum, in [illegible]*

D

sedet ac regnat, instauremus, sed co-
gentia summa, grauissima & ineuita-
bilis necessitas, ut præter illud contrà
aduersarios nostros assiduè stemus in
procinctu, callidasque ipsorum & fal-
sa commentiasque suggillationes, qui-
bus priscos & laudabiles Ecclesiæ
ritus in contemptum adducere & sim-
pliciores seducere satagunt, refute-
mus & refellamus: nisi fortè sit ani-
mus maliciosissimo Sathanæ, eiusque mi-
nistris Pseudoprophetis concedere, et
cunctantes aspicere, ut nobilissimū gre
gem, quē Christus Dominus tantope- 1.Pet.1.
re dilexit, ut non corruptibilibus auro
vel argēto, sed preciosissimo sanguine 2.Cor.11.
suo redimere uoluerit, tam hostiliter

 inuadant,

inuadant, tamq; miserabiliter disper-
gant ac dilanient. Verùm istuc præ-
potens ille Deus pro ineffabili bo-
nitate & clementia sua ab omnibus
Pastoribus, animarum Curatoribus
& Ecclesiastis clementer & paterne
auertat, ne in tam perniciosam incuri-
am prolabantur, & hac tam pericu-
losa tempestate, uelut canes muti, ign-
Esa.56. ui et latrare nescientes, conticescant.
Aeternæ illis ignominiæ & detri-
mento fuerit coràm Deo & uniuer-
mundo, si istud admittant: quin mu-
magis Ecclesiæ miseriam, misera-
dumq; tot millium animarum interi-
considerabunt, eoq; iuxtà Dei om-
potentis mandatum, clamabunt in-
Esa.58. santer, & sicut tubas uoces suas ex-
tal

cabant. Si enim unquam necessum fuit, nunc profectò necessarium est. Si unquam populus Dei institutione, oues Christi pascuis puræ doctrinæ, Catholica Ecclesia ab hostibus suis liberatione eguit, nunc sanè eget multò maximè.

Nunc multi illi Pseudoprophetæ exierunt in mundum, de quibus D. Io- 1.Ioan.4.
annes uaticinatus est. Nunc uerum comperitur, quod Petrus iam olim 2.Pet.2.
prænunciauit, fore uidelicet inter Christianos magistros mendaces, introducentes sectas perditionis. Nunc D. Pauli Apostoli adimpletur pro Actu.2.
phetia, quandò dixit, scire se post discessum suum intraturos lupos rapaces non parcentes gregi Christi. Nunc

multi illi & uarij Pseudoprop
præstò sunt, à quibus cauendum C
Mat.24. stus Dominus & seruator noster
fideliter & paterné monuit, ne se
ullam fidem illis commodemus, ex
iactitent penes se esse Christum, fi
Christianam, uerum Euangelium,
rumq; & syncerum Dei uerbum
Hanc enim ipsorum iactantiam p
tùs nihil aliud esse quàm uestiment
Math. 7. ouium, sub quo lupus rapax occulte
Vincentius Lirinensis aduersus hæreses. tur, id est, præclaram quandam e
magnificam speciem Pseudopropher
tas illos extrinsecùs habituros, ut c
procliuiùs homines decipere queant

Quinimò prænunciati illi Pseudo
prophetæ nō solum iam exorti sunt, se
insuper

insuper etiã Ecclesiã Dei ex omni parte sic inuaserunt, Vt inter duodecim sacratissimæ fidei nostræ Christianæ articulos nullus sit, quem non illi labefactare aggreßi sint. Inter septem uero Sacramenta, per quæ Christus uelut idonea media, dona & charismata sua nobis communicat, quinq; luxata sunt et penè euersa, reliqua duo difficulter adhuc & uix capita alta ferunt. Signum & imago crucis Christi, per quam redempti sumus, exibilatur, atq; adeò publicis edictis exploditur, atq; in summa, eò, proh dolor, res Christiana redacta est, ut nõ imeritò cũ Regio Propheta Dauid uociferari et lamẽtari queamus. Deus uenerunt Gentes in hæreditatẽ tuam, polluerunt Templum sanctum Psal. 78.

tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam, Posuerunt morticinia seruorum tuorum, escas uolatilibus cœli, carnes Sanctorum tuorum, bestijs terræ &c. Talis tamq́ horrendæ uastationis Ecclesiæ Dei, idem illi pseudoprophetæ, iuuante & auxiliante patre suo Diabolo, authores fuerunt. Quem igitur probum & syncerum Ecclesiasten communis eiusmodi calamitas non commoueat? Quis fidelis pastor tantam inter ouiculas Christi miseriam siccis oculis queat aspicere? Præcipuè uerò si præter illud consideret secumq́ expendat, hoc ipsun sui esse muneris, uti Deus per Prophetam ipse il-
Ezec.34 *lud indicat, quod ægrotum est sanare, quod confractum est alligare, quod ab-*
iectum

rectum est reducere, quod perijt quærere; Imò breui fortaßis adfore tempus ac diem quo Pastor pastorum, uerusq; Ioh. 11. ἀρχιποίμην Christus Iesus, administrati esse officij seriã seueramq; rationẽ sit ex Luc. 16. acturus. Præfractũ sanè, dissolutum et pastoris appellatione indignũ esse oportet, quem hæc considerantem nõ commoueant, & ad maiorem diligentiam extimulent.

Equidem pro mea parte, quotiescunq; huius magnæ & horribilis diei, quo iustus ille iudex, administrationis nostræ rationem à nobis postulaturus est, & prètereà multos & uarios modos quibus Sathan commissis nobis cuniculis insidiatur, recordor, totus tremo & exhorreo, eoq; omnem industriã

tuum, posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam, Posuerunt morticinia seruorum tuorum, escas uolatilibus cœli, carnes Sanctorum tuorum, bestijs terræ &c. Talis tamq; horrendæ uastationis Ecclesiæ Dei, idem illi pseudoprophetæ, iuuante & auxiliante patre suo Diabolo, authores fuerunt. Quem igitur probum & syncerum Ecclesiasten communis eiusmodi calamitas non commoueat? Quis fidelis pastor tantam inter ouiculas Christi miseriam siccis oculis queat aspicere? Præcipuè uerò si præter illud consideret secumq; expendat, hoc ipsun sui esse muneris, uti Deus per Prophetam ipse il-

Ezec.34 *lud indicat, quod ægrotum est sanare, quod confractum est alligare, quod ab-*

iectum

actum est reducere, quod perijt quærere: Imò breui fortaßis adfore tempus ac diem quo Pastor pastorum, uerusq; Ioh. 11.
ἀρχιποίμην Christus Iesus, administrationis suæ officij seriã seueramq; rationẽ sit ex Luc. 16.
acturus. Præfractũ sanè, dissolutum et pastoris appellatione indignũ esse oporteat, quem hæc considerantem nõ commoueant, & ad maiorem diligentiam extimulent.

Equidem pro mea parte, quotiescunq; huius magnæ & horribilis diei, quo iustus ille iudex, administrationis nostræ rationem à nobis postulaturus est, & prætereà multos & uarios modos quibus Sathan commissis nobis ouiculis insidiatur, recordor, totus tremo & exhorreo, eoq; omnem industriã

& laborem pro uirili impendo, omnesq; conciones meas, quoad eius fieri potest sic instituo, ut per eas, auditores mei à quibuslibet Sectis & nouationibus auersi, in auitæ, Catholicæ, & solum saluificantis fidei unitate, per gratiã Dei conseruentur. Neq; enim ignoro Pastorem nullius rei exactiorẽ rationem dare oportere, q̃ si per incuriam suam temerariasúe conciones, oui-culæ suæ in errores & hæreses seducantur, & è diuerso nihil ipsis ouibus ad salutem magis conferre & necessarium esse q̃ ut in fidei unitate, & Christianæ Ecclesiæ gremio, constanter permaneant. Quantacunq; enim probitate quis polleat, si non sit membrum Ecclesiæ Catholicæ, nihil proderit. Habeat

omnem

omnem fidem, et quidem tantā, ut montes transferat, non autem credat matri omnium fidelium, Ecclesiæ Christianæ, non contulerit illi quicquam. Perlegerit quis omnem scripturam sacram, nec tamen ex ea didicerit audire Ecclesiam, haud sanè melior est Ethnico & Publicano. Etiamsi quis omnem substantiam suam, uniuersas facultates suas distribuat in pauperes propter Deum, sit autē extra Arcam Noë, necesse est eum perire. In summa, si quis omnia ea faciat quæ homo facere possit, & tandem corpus suum tradat, ut ardeat, proter Christum, nō tamen hoc ipso ab æterno igne liberabitur, quandō à corpore Christi mystico, id est, Ecclesia separatus permanet, quem-

1. Cor. 13

Math. 18.

Hilarius cap. 13. in Math.

Ephes. 1. *quemadmodum & Augustinus illud indicat. Quisquis inquiens ab Ecclesia*
August. Epist. 152 *Catholica fuerit, quantumlibet laudabiliter se uiuere existimet, hoc solo scelere, quod à Christi unitate disiunctus est, non habebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Quocircà meritò omnes Ecclesiastæ in hoc præcipuè aduigilarent, ut concreditas sibi oues peculiari studio in illis articulis, qui nunc à Sectarijs in controuersiam rapiuntur, quantum fieri posset instituerent, ne si in uno quopiam illorum ab Ecclesiæ doctrina abducantur, reliquus omnis docendi labor fructu suo destituatur.*

Hoc animo & huiusmodi proposito, Magnifice ac doctißime D. Cancellarie, hanc de Sacris Reliquijs &

peregri=

peregrinationibus, quas nonnulli omninò ferre non possunt, concionem, hic Ingolstadij ad S. Mauritium habui, ut his de rebus auditores meos (quorum tamen aliqui in hisce alijsq; pijs operibus, uti à suis piæ memoriæ parentibus didicerunt, non illibenter se exercent) ex sacris diuinisq; literis instituerem: Exìstimans etiam hanc concionem per Dei gratiam, non prorsùs sinè fructu habitam esse.

Porrò quòd hanc talem præ alijs, excudendam tradiderim, hanc rationem habet, quòd feria sexta proximè elapsa in ferijs natalitijs Beatæ uirginis fuerim Hohenuuardiæ, ibidemq; magna cum admiratione, & interno cordis gaudio, magnam piorum deuotorumq; hominum

hominum frequentiã (qui eo die ex uete- ri more religiosa peregrinatione illuc cõueniunt) in Dei nomine congregatã uiderem, multa quoq; & uaria miracu- la quæ Deus ipso anno proximè præte- rito, ibidem in rem & utilitatem homi- num operatus esset publicitùs recitari audirem, existimaui rudem hanc concio- nem meam uetusto huic laudabili, Chri- stiano & uere Euangelico operi com- mendando et confirmando interuenien- te numinis gratia aliquid adiumenti præstaturam. Tuæ autẽ Magnificen- tiæ potissimũ eam nuncupo, quando- quidem scio eam Catholicæ Religioni omnibusq; partibus eiusdem, prout ab antiquissimis seculis hactenùs obserua- tæ sunt, intimè & ex animo fauere: ro-

gans

gens, eandē tuā M: ut hunc meū qualē
cunq; laborē, donec uniuerso operi coro
nidē imponā, hac uice, æqui boniq; con-
sulat, et quandò grauioribus occupatio
nibus nonnihil exonerata fuerit, legat,
optimæq; coniugi, quam ab huiusmodi
nō abhorrere scio, legendū communi-
cet. Hoc, itemq; alia multifaria mihi ex
hibita beneficia ergà Tuā Mag: ei-
demq; addictos precibus meis apud om-
nipotentē conabor promereri, me meáq;
studia eidem Tuæ M. officiosé com-
mendans. Datum Ingolstadij 10. Sep-
temb. Anno M. D. LXV.

T. Magnificentiæ
Addictißimus

Martinus Eisengrenius S. Theo-
logiæ Licentiatus et Præpositus
Mosburgen.

EVANGE-
LIVM DOMINICÆ
vicesimæ quartæ post Tri-
nitatis. Matth. ix.



N ILLO tempore, loquente Iesu ad turbas, Eccè Princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens: Filia mea modò defuncta est, sed veni impone manum tuam super

eam, & viuet. Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se: si tetigero tantùm vestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus, & videns eam dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in

domum Principis, & vidiſ-
ſet tibicines, & turbam tu-
multuantem, dicebat: Recede-
dite, non eſt mortua puella,
ſed dormit, & deridebāt eum.
Et cùm eiecta eſſet turba, in-
trauit & tenuit manum eius,
& dixit: Puella ſurge. Et ſur-
rexit Puella, & exijt fama
hæc in vniuerſam terram il-
lam. Et tranſeunte inde Ieſu,
ſequuti ſunt eum duo cęci cla-
mantes, & dicentes: Miſere-
re noſtri fili Dauid. Cùm au-

tem venisset domum, accesse runt ad eũ duo cœci. Et dicit eis Iesus: Creditis quià hoc possum facere vobis? Dicunt ei. Vtiq; Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundùm fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum, & comminatus est illis Iesus dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

EXPLICATIO.

QVI hodiernum Euangelium accuratè & diligenter legerit, proculdubio singulare quoddam gaudium, uoluptatē & consolationem in animo suo inde percepit: quandoquidem hic summam Dei ergà nos clementiam & benignitatem euidenter perspicimus, in eo, quòd Christus Dominus & seruator noster tam benignè & clementer agit, primùm, cum Principe, cuius mortua erat filia: ac deinde cū muliere, quæ totis duodecim annis sanguinis fluxum perpessa erat: denicꝫ cum duobus cœcis.

Princeps necessitatem suam optimo Domino uix indicarat, & ecce

promptum illi & expeditum offerebat auxilium, &, uti narrat Euangelista, surgens Iesus sequebatur eum & discipuli eius.

Mulier uerò iam duodecim annis continua infirmitate laborans, confestim ubi uel fimbriã duntaxàt uestimenti eius tetigit, sanitatem recuperauit. Cœci quoq; statim ubi uera fiducia & indubitata fide Christi Domini auxilium implorarunt, uoto ac desiderio suo potiti sunt.

Estné autem hæc summa potestas, quòd uidemus Christum Dominum unius horæ spacio & morbos & mortem profligare? Estné summæ fidelitatis, quòd Christus ubiq; se tam promptum, benignum & misericordem exhibet?

Mundus iam annis quinquies

mille & ultrà durauit, plurimosq́; habuit mortales, excellentes, celebres & claros, in omni artium genere, potentia & opibus, qui uelut magnos & mirificos orbi sese uenditarunt, qui res magnas aggreßi sunt, & quandoq; præstiterunt: uerun tamen nemo ex omnibus illis inuentus est, qui unquam ea moliri ausus sit, quæ Christus Dominus in hodierno Euangelio, reipsa præstitit, ijsdemq;, ueluti & alijs multis & infinitis miraculis ab Euangelistis descriptis, declarauit, se uerum esse omnium morborum Medicum, uerum in omni necesßitate adiutorem, fidum in omni angustia liberatorē, uerum animarum nostrarū seruatorem, & in summa illū, qui potentia & uirtute diuina quiduis effectū reddere, & ex

insita bonitate cuiuis opitulari promptus sit & paratus.

Eapropter & nos quacunque demum angustia uel necessitate pressi fuerimus, ad ipsum confugiemus: quandò neque efficaciùs, expeditiùs & fideliusnobis subueniri possit, quàm per hunc tam potentem Patronum, qui hodie demortuã puellam à morte: mulierem à diutino & incurabili sanguinis profluuio: duos homines à cæcitate, tam expeditè, tam facilè, promptè & libenter liberauit.

Quinimò, remota omni controuersia, Christus Dñs tria hęc miracula in hodierno Euangelio non eum duntaxàt in finem patrauit, ut homines illi, qui suum refugium ad Christum habebant, suis necessitatibus leuarentur, sed hanc etiam ob causam,

ſam, ut & nos, & uniuerſa poſteritas audientes hoc Euangeliū predicari, ex eo diſceremus eiusmodi firmam, immobilem indubiamq́ꝫ fidem in Chriſtum Dominum habere, cuiusmodi hodiernus ille Princeps: Mulier annis duodecim hæmorrhagia laborans, & duo cœci habuerunt: eoq́ꝫ in omnibus neceſſitatibus & anguſtijs, quæcunq́ꝫ in hoc mundo obuenire poſſunt, quandò iam nullus hominum queat opitulari, quandò de omnium Creaturarum auxilio deſperamus, Chriſto tamen Domino nō diffidemus: ſed ab ipſo ueluti ſum̄o ſolatio noſtro & extremo refugio auxilium & liberationem certa indubitataq́ꝫ fide expoſcere, uti ſæpe memoratæ perſonæ fecerunt.

Princeps decumbente filia atq́ꝫ

adeò iam defuncta, nihilosecius, firma fide ad Dominum procurrit, dicens: Domine, filia mea defuncta est, sed ueni impone manum tuam super eam, & uiuet: & confestim petitionis suæ compos factus est.

Mulier hæmorrhoissa, uarias medicationes usurpauerat, nihilq; intẽtatum reliquerat, imò, ut alij referunt Euangelistæ, omnem penè substantiam suam recuperandæ sanitati impenderat, sed incassum & frustrà, nec ullam planè spem reliquam habebat adipiscendæ sanitatis, donec tandem de omni humano auxilio prorsus desperans, Christi Domini famam perciperet, quòd præsentissimam opem in quauis necessitate præstare ualeret, essetq; insuper ea benignitate, ut neminem non adiu-

Mat. 5.
Luc. 1.

tum

tum dimitteret cunctaq; gratuitò si-
ne omni precio prestaret, imò hanc
ob causam à præpotenti Deo è cœ-
lis ablegatum, ut hominibus auxilia-
retur. Hæc inquam, fama, cùm ad mu-
lierem perueniret, reuixit, atq; ex
templò eiusmodi firmam spem cer-
tamq; fiduciam de Christo concepit,
ut nihil iam aliud meditaretur, quàm
rationem, qua ad ipsum perueniret.
Cum iam peruenisset, solam dunta-
xàt uestimenti eius fimbriam tetigit
certò indubieq; persuasum habens,
si uel fimbriam contingeret, se sal-
uam fore.

Itidem & cœci, non respecto eo,
quòd eiusmodi cœcitate laborarent,
quæ nullis medicorum collyrijs cu-
rari posset, nihilominus uera fiducia
& solida fide, de recipiendo per Chri
stum

ſtum Dominũ uiſu concepta, ipſum acceſſerunt, ceſſitq́ illis res ex animi ſententia, ſiquidem continuò ipſis uiſum reſtituit.

Ad eundem modum, auditores, nos quoq; dum ærumnis & neceſſitatibus premimur, ut quò nos uertere debeamus, ignoremus ad hunc Chriſtum Ieſum procurremus, qui nos iuuare poteſt, quià eſt omnium potentiſſimus: uult nos iuuare, quià omnium eſt clementiſſimus: prout utrumq́ horũ, clementiã in promptitudine: omnipotentiam in præſtito potenter auxilio non ſolum in hodiernis alijsq́; miraculis, abundè nobis declarauit, ſed & pręter hęc inſinuare uoluit, quòd tam paternè & amanter ut uix magis potuerit nos
Math. 11. ad ſe inuitauerit, Venite ad me, in-
quiens

quiens, omnes qui laboratis & one-
rati estis, & ego reficiam uos. Et quo
niam usque adeò promptè suum no-
bis offert auxilium, ne fortè quispi-
am de ipso addubitet, an opis præ-
standæ facultatem habeat, eccè eo-
dem in loco paulò superius inquit:
Omnia mihi tradita sunt à Patre
meo, quasi dicat, de potentia mea
non est quòd ambigas, ego enim
sum ille, cui Pater omnium rerum
potestatem contulit, Omnia meo
imperio subiecta sunt, Mors, Dia-
bolus, Infernus atque adeò omnis an-
gustia. Ego sum ille ipse quem Pater
gloria & honore coronauit, deditque
nomen, quod est super omne no- Philp.2.
men, ut in nomine Iesu flectatur
omne genu Cœlestium, terrestri-
um & inferorum, & omnis lingua
confitea-

confiteatur, quià Christus sit Dominus ad gloriam Dei Patris.

Quoniam igitur Christus Dominus omnia sibi subiecta habet, ut hoc ipsum nõ uerbis duntaxàt sibi uendicat, uerumetiam hodiernis alijsq́; preclaris miraculis abũdè satis demõstrauit: & quià non solum potens, sed & clemens insuper adeò & misericors promptusq́; & paratus ad iuuandum, adeoq́; benignis & amicis uerbis ad se allicit & inuitat, agitè quò iustius in necessitatibus & angustijs cõfugiemus, quàm ad hunc Christum Iesum Dominũ nostrũ? unde auxiliũ expectemus, nisi ab hoc longè potentissimo adiutore? Quem alium plus præsidij nobis præstiturũ putabimus quàm huncipsum, qui diuinæ miseri- Rom.5.

cordiæ

cordię thesaurum aperuit, qui ex irato Deo indulgentissimum nobis reddidit Patrem: qui ipse oneratos & laborantes ad se uenire mandauit? 2.Cor.5. Math.11.

Vbi oportunius consilium inuenire poterimus quam penes illum, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi? quomodo rectius ad Deum Patrem peruenerimus, quam per illum, qui unica est uia ad Patrem? In summa quò confugiemus, ubi & consilium & auxiliū habeamus expeditius, quàm ad illum, qui huius causa è cœlis descendit, ut malè habentibus mederetur, peccatoribus, non autem iustis, opitularetur? Col.2. Ioan.14. Luc.15.

Nusq̃ profectò, quo enim, nos recipiemus, ubi efficaciorem, celeriorem, fideliorem opem sentiamus, quàm

quàm penes illum? Eoq; apud hunc Christum Iesum permanemus, in ipsum credimus, in illum confidimus, hunc profitemur & agnoscimus unicum seruatorem nostrum, unicum redemptorem, & salutis authorem, & ut summatim dicamus, nostrum apud Deum Patrem, Mediatorem, nec ambigimus cum non minus nos quam hodiernos illos egenos ex omni angustia uindicaturum & tandem ex gratia gaudium & salutem æternam largiturum. Amen.

Eam demùm legitimam fore concionem alicui uidebitur, idq; procul dubio non uni duntaxàt uestrum, quandò homines tam regia expeditaq; uia ad Christum unicum Mediatorem diriguntur, prætermissis

aliis diuerticulis, in quibus longo iam tempore per tenebras palabundi homines errarunt. Cæterum iam olim à multis annis in Papatu eo modo actitatum non est; sed urgente quempiam necessitate aliqua non Christum Dominum, sed hunc uel illum Diuum interpellauit, temerè & perperam existimans certum hic sibi paratumque fore patrocinium. Vnde tandem illud consecutum est, ut tametsi unum duntaxat Deum credamus & profiteamur tam uaria idola cõficta sint, ut cuiuis penè defectui & morbo peculiarem Deum præfectum habuerint, quem coluerunt, & ad præstandam opem inuocarint. Penuria & egestate qui premebatur, ad D. Annæ patrocinium cõfugiebat, opes ac diuitias ab ea expectans.

Victoriam aduersus hostes desiderans, D. Georgium Equitem implorabat. In maris fluminumque periculis constituti à D. Nicolao liberationē expetebant; Noxia et contagiosa pestilentia grassante, D. Sebastianus patrocinari debuit. Diuus Valentinus sanitatem largiri debuit. S. Apollonia dentium dolorē sedauit D. Virgo ad ueterem Otingam quibuslibet morbis mederi debuit. Ossa quoque demortuorū sanctorum passim in Ecclesijs collocata peculiari quadā ui & uirtute pollere creditū est. Et ut rē in pauca cōtrahamus, quacunque demum necessitate quis premebatꝛ, extempló singulare quoddā idolum cōmentus est, ad quod cōfugeret, atque intereà Christi potentissimi clementissimique dn̄i planè oblitus est. Illud sanè cum hodierna

sua concione, qua ad solum Christũ nobis confugiendum testatus es, pa=rum couenit.

Vtiq; haud parciùs quidã hisce de rebus hunc in modũ hac tẽpestate lo quuntur, ut igitur remotis ambagib' rem ipsam aggrediamur, & quid de reliquijs demortuorũ Diuorũ, atq; adeò Diuis ipsis, qui etiamnũ penès Catholicos adeò magna in ueneratione habent, sentiẽdum sit, simplicio=res edoceamus, primo notum uobis esse debet, auditores, neutiq; nos infi ciari iam olim in Papatu, atq; etiam=nũ hodierno die, premẽte aliqua ne=cessitate homines ad sanctos cõfugis se, eorundemq; auxilia, potissimũ ue rò intercessiones implorasse. Imò cla ris insuper ac disertis uerbis profite=mur ut uel quiuis intelligat, Diuorũ cœlestium uenerationẽ, reliquiarum

eorundem religiosam asseruationē, in litaniis & processionibus Ecclesiasticis circunlationem nō esse iniquam aut illicitam. Neq; enim impia est, nec superstitiosa, sed legitima, probata, sacrisq; ac diuinis literis planè conformis & cōsentanea. Habes claram, disertā & expressam Confessionem nostrā. Quid ultrà requiris?

Qua discretione sancti eorumq; reliquiæ uenerandæ. Hac porrò discretione illud omninò intelligendum est, quòd eum in modum, quo Deū colimus, inuocamus, & urgente necessitate ad eum confugimus, eū, inquam, in modum, eoq; animo & intentione neutiq; ullum Sanctorum, siue hoc adhuc in mundo degentē, siue iam in cœlis cū Christo regnantē multò minùs eorum reliquias uenerandas, aut urgente rerū angustia, auxiliū ab ipsis implo-

implorandum, & quisquis huiusmodi patraret, idololatriam cõmitteret.

Cæterũ Sanctos cœlesti gloria nũc donatos, ipsorũq; in terris reliquias uenerari, & ingruente necessitate ad eosdem confugere, ueluti etiã hominem quempiã inter mortales adhuc agentẽ, honoram⁹, & penuria aliqua pressi ad ipsum procurrimus, id sanè & legitimũ est & bonum, nec à ueris deuotisq; Christianis ullo pacto prætermittendũ. Attamen quia de inuocatione sanctorũ, quidq; de ea sentiendum sit, peculiarẽ sermonem scripturi sumus, uisum est de ea in præsentiarum silere, & de solis nũc sanctorum reliquijs sermonẽ instituere. Vide Postillã Isengrenij in die omnium sanctorum.

Hæ in Ecclesijs admodùm honorificè asseruantũ, auro argentoq; includuntur à pijs ac deuotis Christianis,

frequenter etiã é lõginquis locis uisi-
tant et cohonestãtur etiã quandoq;
cũ spe et expectatiõe auxilij, sed reue-
ra non alio modo, quàm mulier hæ-
morrhoissa in hodierno Euangelio
opem et sanitatem ex fimbria uesti-
menti Dominici expectauit.

Ecce hæc mulier persuasum ha-
bebat, si uel fimbrię contactu potiri
posset, cõtinuò per Christum, in quẽ
credebat, sanitatem sibi restituendã.
Itidem et nos existimamus, si uel fim
briã Dominicę uestis, quę sacrum ip-
sius corpus uestiuit, atq; in hodiernũ
usq; diem apud Treuiros asseruari et
exhiberi dicitur: aut etiã crucis partẽ
in qua se Deo patri cœlesti ꝓ nobis
totiusq; mundi peccatis in recõcilia-
tionẽ obtulit, eamq; precioso sangui
ne suo cõsecrauit: aut alioqui uel ho-
minis

minis duntaxàt cuiuſpiã reliquias, per quem Dñs hic in terris agentem, miracula patrauerit, quãdò, inquàm facultas dabitur, horum aliquid cõtingere, nõ aliam ſanè fiduciam cõcipimus, quàm hodierna mulier, uidelicet per Chriſtum in quẽ credimus nos adiutum iri.

Quemadmodũ enim mulier hæmorrhoiſſa, fide in corde ſuo Chriſtũ reſpiciebat, & nihilominus deſiderabat fimbriã ueſtimenti eius contingere, nihil addubitans Chriſtum per eam ſibi opitulaturum: ſic & nos in cordibus noſtris per fidẽ in Chriſtum collimamus, & per gratiam eius exploratiſsimum habemus, omne auxilium ab ipſo ſolo prouenire, nihiloſecius ſumma cum religione ueneramur & uſurpamus

media illa, quæ ipſemet dum hic in terris peregrinaretur, ſæpenumerò uſurpauit, nihil ambigentes, nõ minùs ipſum per eiuſmodi nobis adminiculaturũ, quàm olim factitauit.

Mar.6. In terra Geneſareth uel uno uerbo quibuslibet morbis mederi potuiſſet, nec tamen fecit, uerùm uti legimus apud Euangeliſtam, in plateis ponebant infirmos, et quicunque fimbriam ueſtimenti eius tangebant, ſalui fiebant.

In hodierno quoque Euangelio, mulier ſanguinis fluxu laborans per cõtactũ fimbriç ueſtis Chriſti ſanata eſt.

Non igitur ut operoſè exquiras neceſſum eſt, unde didicerimus reliquias tanta cum ueneratione aſſeruare, opemque & auxilium ab iiſdem expectare. Ex diuinis Scripturis,

ex hodierno Euangelio de muliere hæmorroiſſa deſiderante fimbriam uestis Christi attingere: deniq; ab ipſo Christo didicimus; Ipſe quidem ſolus eſt Dominus, redemptor & in neceſsitatibus adiutor noſter, uerùm quia placitum eſt illi, opem ſuam nobis quandoq; per fidelium quondam ſuorũ miniſtrorũ reliquias exhibere, omni cum gratiarum actione in omni eaq; ſubiectiſsima obedientia libenter eam ſuſcipimus, neq; patimur nos hinc uel latum unguem abduci, quòd quidam inueniantur, qui huiuſmodi uti penè cæteras uniuerſas bonas, priſcas, laudabiles, uetuſtiſsimaq; traditione ad nos perlatas Cæremonias & ritus Eccleſiaſticos irrident, ſubſannant, contumelioſè de ijs deblaterant & extrema ignominia dedecorant.

Siquidem per omnipotentis Dei gratiam illud perſpectum habemus, hoſtē noſtræ ſalutis Diabolum, plerunq; huiuſcemodi ſtrategema uſurpare ſolitū, ut quandò rem quampiam nullo honeſto prætextu apud homines ſibi deuinctos in contēptum queat adducere, incipiat eam deſpicere & ridere, ut quoniam idoneis ſolidisq; arietibus labefactari & ſubuerti nequit, falſis contumelioſisq; dicterijs eleuetur.

Diabolus eſt irriſor.

Sic per infideles irridet ſacroſanctam Trinitatem, quà nam ratione ſit poſsibile tres eſſe diſtinctas perſonas, & unam duntaxàt ſubſtantiam diuinam.

Sic irridet Baptiſmi Sacramentum, quòd credamus nos per externam ablutionem intrinſecus à peccatis abſolui & mundari. Sic

Sic exibilat per ministros suos augustisśimum Altaris Sacramentum, in quo corporis & sanguinis Christi domini præsentiam credimus. Sic & plura alia salubria Christianæ fidei nostræ capita irridet. Sic non nostra solùm tempestate, sed iam olim sacras reliquias cœpit irridere.

Nam, uti D. Hieronymus hac de re scribit, mille iam et aliquot annorum centuriȩ elapsæ sunt, quòd quidam Vigilantius exortus est, qui admodum procaciter & contumeliosè de sanctorũ Reliquijs & sentire et gãnire solebat. Quid necesse est, inquit te tanto honore nõ solum honorare sed etiam adorare, illud nescio quid quod in modico uasculo transferendo colis? Quid puluerem linteamine circundatum adorãdo oscularis? *Hieron. contrà Vigilantium.*

Propè

Propè ritum gentilium uidemus sub prætextu Religionis introductum in Ecclesijs &c. Huncin modum antè annos mille de Reliquijs locutus est Vigilantius.

Verùm audiamus quid eodem in loco Diuus Hieronymus illi respondeat. Dolet Martyrum Reliquias precioso operiri uelamine, & non uel pannis uel cilicio colligari, uel proijci in sterquilinium, ut solus Vigilantius ebrius & dormiens adoretur. Ergò sacrilegi sumus, quandò Apostolorum basilicas ingredimur? Sacrilegus fuit Constantinus Imperator, qui Sanctas reliquias Andreæ Lucæ & Timothei transtulit Constantinopolim, apud quas Dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantij illorum se sentire præsentiam confiten-

confitentur? Sacrilegus dicendus est & nunc Augustus Arcadius, qui ossa beati Samuelis longo post tempore de Iudæa transtulit in Thraciam? Omnes Episcopi non solum Sacrilegi, sed & fatui iudicandi, qui rem uilissimam & cineres dissolutos, in serico & uase aureo portauerunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanctis reliquijs & tanta lęticia, quasi præsentem uiuentemq; Prophetam cernerent, susceperunt, ut de Palęstina usq; Chalcedonem iungerentur populorum examina, & in Christi laudem una uoce resonarent? Hæc D. Hieronymus iam olim annos mille contra Hæreticum Vigilantium scripsit.

Ossa Samuelis Prophetæ.

Quis porrò non infinitò libentius cum Hieronimo, (qui & magnę fuit

fuit sanctimoniæ & approbatus Ecclesiæ Doctor, qualem etiã aduersarij illum habent, et quouis tẽpore habitus est) senserit, quã cũ Vigilantio, quem non solùm nos Catholici, uerumetiam aduersa factio damnatum hæreticum & pseudodidascalũ censet, & quouis tempore cẽsuit: Vtiq; rectissimè fecerit, securissimaq; uia ingressus fuerit, qui in controuersis huiuscemodi quęstionibus illi se iudici subijcit, quem utraq; pars recipit neutra reijcit. Diuum autem Hieronymum utraq; pars integrum, sanctum ac pium Doctorem profitetur, Vigilantium utriq; pseudoprophetam, seductorem, damnatum detestabilemq; hæreticum reputant.

Quis igitur eò dementiæ prolabetur, ut sancto & orthodoxo Doctore repudiato damnatũ sequatur

hęre-

hæreticũ? Nemo profectò cordatus, nemo probus, nemo honestus unquam in æternum illud admiserit.

Vt autẽ nulla prorsùs hæsitatio penès te remaneat, an ea ipsa D. Hier. ita prolocutus sit, eamque in ijs mentẽ habuerit, eccè idem hic Hierony. euidentioris demonstratiõis ergò, contrà memoratũ Vigilantium de hac eadem materia sequentia uerba scribit. Ais Vigilantium os fœtidũ rursus aperire & putorem spurcissimũ contra Sanctorum Martyrum proferre Reliquias, & nos qui eas suscipimus, appellare cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominum ossa ueneremur. O infœlicem hominem, & omni lachrymarum fonte plangendum, qui hæc dicens non intelligat se esse Samaritanum Hiron. Epist. 2. ad Ripar.

&

& Iudęum, qui corpora mortuorum pro immundis habent. Honoramus ſeruos, ut honor ſeruorum redundet ad Dominũ, qui ait: qui uos suſcipit, me ſuſcipit. Ergò Petri et Pauli im̃undæ ſunt reliquiæ? Ergo Moyſi corpuſculum immundum erit? quòd iuxtà hębraicam ueritatem ab ipſo ſepultum eſt Domino. Et quotieſcunq; Apoſtolorum & Prophetarum & omnium Martyrum Baſilicas ingredimur, toties idolorum templa ueneramur? Plus aliquid dicam, quod redundet in authoris caput, & inſanum cerebrum uel ſanet aliquandò uel deleat, ne tantis ſacrilegijs ſimplicium animæ ſubuertantur. Ergò & Domini corpus in ſepulcro poſitum immundum fuit?

Et paulò poſt, quàm exempla

quędam

quædam ueteris Teſtamenti de Iacob, Ioſeph, alijsq; Patriarchis recenſuit, qui oſſa & reliquias defunctorum diligenter obſeruarunt & uænerati ſunt, ſubiungit: Si non ſunt honorandæ reliquię Martyrum, quomodo legimus: Precioſa in conſpectu Dñi mors Sanctorum eius?

Ex quibus huiuſce Doctoris uerbis euidenter ſatis cuilibet eluceſcit, ipſius de Reliquijs ſententia, quidq; de ijs ſenſerit, quid docuerit, imò qua ratione iam olim antè annos mille Reliquiæ habitæ ſint & aſſeruatæ: Siquidem quę de illis ſcribit D. Hieronymus, eadem quoq; reliqui Eccleſiæ Patres et Doctores uniuerſi de ijſdem ſenſerunt & ſcripſerunt, adeò, ut illũ, qui ſacras reliquias uenerari detrectat, nominis Chriſtiani indignũ cenſeant. E Porrò

Porrò ne quiſpiam arbitretur me priſcis illis & ſanctis Eccleſiæ Patribus ac Doctoribus hac in re iniuriã facere, aut quippiam tribuere, quod nunquam illis in mentẽ uenerit, multò minùs ſcripſerint aut docuerint, quid obſuerit ſi aliquos eorum ipſos loquentes ſuamque ſententiam declarantes, audiamus?

Tu igitur ſanctiſsime Clemens, qui ipſius Chriſti tempore uixiſti, & à D. Petro Apoſtolo fidem Chriſtianam didiciſti, primùm nobis ediſſere, quid tuo ſeculo de ſanctorum demortuorum ſacris reliquijs ſenſerũt? Scribit de duobus fratribus uiris integris & ſanctis, & ob fidẽ Chriſtianã quãdò Apoſtoli etiamnũ Hieroſolymis cõgregati fuerunt, martyrio affectis eorum corpora & reliquias ab

Clemens lib. x. Recognit.

ab aliis fidelibus, admodùm honorificè in tumba asseruatas esse, quodque Deus stupenda miracula, in anniuersario ipsorum die apud reliquias & ossa eorundem celebrato, operatus sit, ut planè dealbata eorum sepulcra quotannis apparuerint. Quo miraculo, inquit Clemens, multorum aduersùs nos repressus est furor, cum uiderent nostros in memoria haberi apud Deum.

Refer & tu nobis Sancte Pontifex Corneli, qui D. Cypriani Martyris fuisti contemporaneus, atque adeò ipsemet sanguinem tuum propter fidem Christianã profudisti, quandoquidem uniuersus orbis Christianus tibi à pastorũ principe Christo ad pascendũ commissus est, quo pacto grege fidei tuæ commissum hac de re Ioan. 17.

 institu-

instruxisti? Quid eos de sacris de mortuorum Sanctorũ reliquijs sentire docuisti?

Platina in uitis Pontificum. Methodius in Chronicis. Marianus Scotus lib. Chronolog.2.ætate 6. Steph. Papa Epist.2. ad afflictos Sacerdot. et Episc.

Illud uel ex eo solo abundè satis colligi potest, quòd tantoperè laborauerit in inuestigandis Apostolorum Petri & Pauli corporibus de quibus etiam successor eius in Cathedra Romana Stephanus (sinè dubio ad exemplum sui antecessoris, à quo sic edoctus erat) in epistola consolatoria ad afflictos & captiuos ob fidem Christianam inter cætera refert quòd apud corpora Petri & Pauli Apostolorum quotidiè pro ipsis orabatur, ut diuino auxilio tandèm graui captiuitate sua exonerarentur. Enarra nobis & tu Episcoporum celeberrime Eusebi, qui temporibus Constantini uixisti, omniaꝗ gesta

& ritus

& ritus Ecclesiæ, eo quo obseruati sunt, modo, tanta cum fide ac sedulitate ad posteritatē transmisisti, Enarra, inquam, quid populus Christianus tuo seculo de sacris defunctorū Sanctorum reliquijs senserit.

Tanta erat Religio & Christiana deuotio, inquit Eusebius, circà uenerationem corporum sanctorum, ut Gentiles externa honoris specie decepti, putarent diuinum à nostratibus honorem Martyribus exhiberi, Quocircà cùm tempore Diocletiani grassaretur inaudita persecutio Christianorum, Pagani idolatrę effodiebant corpora Martyrum, et proijciebant in mare, dicentes: Ne fortè Dij efficiantur Christianorum, & illi qui Deos adorare nolunt, seruos nostros incipiant adorare. *Euse. lib. 8. Eccle. histo.*

Expone & tu nobis sanctissime Basili Cæsariensis Episcope, qui 371. anno post Christum floruisti, quid tuo seculo de sacris Diuorum Reliquijs sensit Ecclesia? Scribit longè diuersam esse corporũ defunctoru rationẽ in nouo testamento, quã olim fuerit penes Iudęos. Quandò enim apud Iudęos moriebanẽ, inquit, abominabilia erãt morticinia: cùm uerò pro Christo cõtingit mors: preciosæ sunt reliquię sanctorũ, et qui cõtingit ossa Martyris, quandam sanctificationis societatem assumit, ex gratia corpori insidente.

Basil. in Psal. 115.

Alibi etiã in Concione quadam fusè recensct uaria miracula, quæ suo tempore Deus per Martyrẽ quendã Mamẽtem inter Christianos operatus sit, aitq; multos in ea ipsa sua cõcione

Basilius in cõcione Martyris Mammetis.

cione

cione presentes esse qui eundē Martyrem Mametem uenerati sint, eoq́ in necessitatibus suis Martyris auxilium senserint, quosdã preterea ex peregrinationum itinerumq́ periculis, quosdã ex grauissimis morbis, quosdã ex alijs angustijs eũ eripuisse.

Exponite & uos integerrimi, sanctissimi pientissimiq́ Patres, qui iam olim antè annos mille temporibus D. Augustini in celeberrimo illo Carthaginensi Cõcilio quinto postmodũ ab alijs œcumenicis Concilijs cõfirmato ea solum de causa cõuenistis, ut per instinctum Spiritus sancti quid de hoc alijsq́ nonnullis Religionis nostræ Christianę quęstionibus sentiendũ foret, definiretis. Quid sanctus ille Spiritus uobis suggessit? Quid de sacris Reliquijs sensistis?

Quid ſtatuiſti omnibus eius ætatis fidelibus totiq́ꝫ poſteritati de eis ſentiendum & credendum? Quicquid enim uos hac in re ſenſiſtis ac definiuiſtis, nullum penes nos eſt dubiũ, quin ex Spiritu Sancto prouenerit: quandoquidem probè perſpectum habemus Concilium Oecumenicũ legitimè congregatum Catholicam repræſentare Eccleſiam. Vnde quicquid illud ordinauerit aut ſtatuerit, non alio loco à nobis ſeruandum & ſuſcipiendum eſſe, quàm ſi ipſa Eccleſia eum in modũ ſtatuerit ac definiuerit. Ediſſere igitur nobis ô ſacrum Carthaginenſe Concilium, in alijs poſterioribus cõfirmatum, eoq́ꝫ nihiloſecius ſine omni ambiguitate in Spiritu ſancto legitimè congregatum. Quid ea tempeſtate, id eſt, tot

Aug. lib. 1. cap. 18. de bapti. par. contra Donatiſtas.

annorum

annorum centarijs antè ortus no-
ſtri principium de ſacris Reliquijs de
finiuiſtis.

Sic habet Canon memorati Con- cilij Carthaginenſis quinti. Placuit ut altaria quæ paſsim per agros aút uias tanquam memoriæ Martyrum conſtituunt, in quibus nullum corpus conditum, aut reliquię Martyrū conditæ probantur, ab Epiſcopis, qui in locis præſunt, euertantur, & omninò nulla memoria Martyrum probabiliter acceptetur, niſi ubi corpus aut certæ Reliquiæ ſunt &c.

Synodus Carthag. Canone 14.

In ſumma uos uniuerſi ſanctiſsimi Epiſcopi, fideliſsimi Paſtores, uigilantiſsimi animarum curatores, Vos, inquam, pręſtantiſsimi Doctores & Præſides populi Chriſtiani, quibuscunq; nominibus appella-

mini, quibuſcunq; et quantumuis di uerſis temporibus & locis uixiſtis & ſcripſiſtis, explicate quid de ſacris de mortuorum ſanctorũ Reliquijs ſenſiſtis? Quid de ijs docuiſtis? Quid comiſsis uobis ouiculis tradidiſtis? Sanè cum maior ueſtrum pars pro fide Chriſtiana ſanguinem ſuum profuderit, proculdubio etiam in hoc thematio de ſacris Reliquijs ueſtros auditores neutiquam ſeduxiſtis aut perperam quid docuiſtis.

Verumenimuero auditores ſi quis hæc penitùs perſcrutetur, uerißimè apud comemoratos alioſq; ſanctos & pios Eccleſiæ Patres ac Doctores cõperiet, ſimiliter quoq; in hiſtorijs Eccleſiaſticis, omnibus ſeculis apud Chriſtianos in ſumma ueneratione habitas eſſe Sanctorum Reliquias, eaſq;

cas ꝙ religiosissima cura asseruatas, in editis conspicuisꝙ Ecclesiarum locis collocatas, in Processionibus & publicis litanijs circumlatas.

Porrò nimis longum foret si omnes & singulas eorundē Doctorum hac de re sententias, hic uelimus enarrare, eoꝙ in præsentiarum hisce cōtenti erimus, Si tamē solidius ac certius huius rei fundamentum habere desideras, uide D. Augustinum, quē uerè Doctorū Doctorē nuncupaueris, cuius similem iam inde ab Apostolico seculo non habuit Ecclesia, uti de ipso scribit Lutherus.

Aug. lib. de dogma Ecclesiæ. cap. 73. Itē Epist. 173. Item lib. 22. de ciuit. Dei cap. 13. &c.

Vide sanctum ardētissimoꝙ pietatis Christianæ zelo præditum D. Ambrosium qui floruit 390. annis post Christum, & in numerum quatuor Ecclesiæ Doctorum relatus.

Lutherus in Epist. cōsolat. ad puerperas etc.

Ambrosi. lib. 10. Epist. 85.

Vide

Chrysost. hom. 16. ad popu. Antioch. Itē Hom. 28. de sermone Ascensionis Domini. Item 10. cōtra gētiles. Damasc. lib. 4. cap. 16 Euseb. lib 10. ca. 17. Sozom. lib. 6. Leo Mag. Epist. 137.

Vide excellentissimum facundissimumq́ populi Christiani Doctorem Chrysostomum, qui floruit & Constantinopolitanam Ecclesiā administrauit annò post Christi natalem 414.

Vide Damascenum, Eusebium, Sozomenum, qui historiam Ecclesiasticam conscripserunt, Leonem Magnum.

Vide hos omnes adductis in locis, & comperies eos Sanctorum reliquias sancta in ueneratione habuisse, aliosq́ ut idem factitarent, docuisse.

Quid est obsecro, cur et nos idē nō faciamus? utiq; D. Augustinus ouiculas suas non seduxit, Nec profectò excellens ille uerbi Dei præco Chrysostomus, suis auditoribus paralogismos

gismos & paradoxa proposuit. Reliqui insuper Patres & sancti diœcesios Christianæ Doctores remota omni ambiguitate probè perspectũ habuerunt, quid de sacris defunctorum Martyrum Reliquijs sentiendũ sit. Siquidem potissimam uitæ partẽ in solis diuinis scripturis consumpserunt, & sacer ille Spiritus in ipsis habitauit.

Multò minus autem decuerit nos de tantæ pietatis & sanctimoniæ uiris, qui priùs, uitam derelinquere, quàm ueritatẽ abnegare parati fuerunt, eam existimationem concipere, quasi contrà suam ipsorum conscientiã, & aliàs quàm ipsi senserint, alios de uenerandis Diuorum Martyrum Reliquijs docuerint. Absit auditores, ea ab animis nostris cogitatio.

gitatio. Atrox iniuria fuerit & contumelia, si quis eum in modum uel sentiat uel loquatur de sanctissimis Doctoribus.

Quin illud potiùs certum persuasissimumq́ nobis esse debet, quicquid de sacris reliquijs auditores suos docuerunt, & libris comprehensum ad posteritatem transmiserunt, ipsissimā eorum fuisse sententiā, uti hoc ipsum sæpenumerò re ipsa testātur: neq́ solùm de uenerandis sanctorū reliquijs scripserunt, aliosq́ docuerūt, uerùm ipsi etiā sum̄a cū sedulitate ac deuotione eas quouis tēpore uenerati sunt, quemadmodum illud in proprijs ipsorum libris, alijsq́ fide dignis Scriptoribus, qui uitæ ipsorum historias contexuerunt, notatum comperimus.

Quem

Quem porrò in finem demortuorum ossa tantopere uenerati sunt? Aut quam hęc ueneratio prębet utilitatem? quorsum confert honorifica, illa ossorum emortuorum in Ecclesiis asseruatio & exhibitio, eorundemq; in processionibus & litaniis Ecclesiasticis circumgestatio?

Cur sacræ reliquiæ in Ecclesiis tam honorificè asseruentur.

Ego uerò claré ac disertè istuc demonstrabo, attamē ueteri pro more, uti anteà, etiā hic agemus, nō nostro nitentes ingenio, quandoquidē per ętatē & eruditionis nostræ tenuitatē facilè in errorē impingeremus, prout multis Ecclesiastis usu uenit, ut labantur in errorem, non ex malitia, sed quià sibi ipsis nimium confidunt. Consultissimum igitur iudicamus, ut de eiusmodi controuersis quæstionibus dicturi, non opinionionis nostræ ductum sequamur,

sed

ſed aduertamus quid alij tum ætate tum doctrina maiores, de huiusmodi ſcripſerint. Arbitror etiam ueſtrã humanitatem, auditores, & precipuè illos qui ingenij ſunt perſpicatioris, multò libentius huiuſcemodi audituros, quàm ſi priuata noſtri capitis ſomnia proponamus.

Damaſcenus in hiſtor. duorum militum.

Scribit itaq; Damaſcenus Doctor præcellentiſsimus in hiſtoria duorum militum, quendam Anachoritarum Abbatem Tyranno Iudico, interroganti cur ipſe cũ Anachoretis ſuis ſanctorum quorundã Patrum reliquias circunferret, hunc in modum reſpondiſſe. Ideò exhibemus ſanctiſsima oſſa, ut inſignium uirorum quorum ea ſunt, memoriam nobis aſſeramus, quòd feliciter emigrauerint, & dum nobis

eorundem optimum uitæ institutũ renouamus, ad simile æmulationis exemplum excitamur: nec non expendimus, cuiusmodi tranquillitate gaudeant, quumq́ fœlices pronuntiemus, uiam nobis sternimus ut horum uestigijs sedulò insistamus: hùc accedit, ut mortis necessitatem diligenter oculis præfigamus, idq́ non parum ad honestã uitæ conuersationẽ facit, et postremò ex eorũ contactu sanctificationem, consequimur.

Ecce auditores, habetis hic euidenter explicatũ, quorsum, quamobrẽ, & quibus ex causis sacras reliquias in solennibus processionibus circumferamus. Habetis, inquam, non mea uerb a, sed prisci illius & præcellentis Doctoris Damasceni. Quid ultra re quirimus, aut quid merito hic in nobis culpari potest? F Sancto-

Sanctorũqui in Christo obdormie rũt, ossa in publicis processionib⁹ circunferimus, fatemur: Circunferimus autẽ, uti, Damascenus docet, ut insignium uirorũ, quorũ ossa sunt, memoriã nobis afferamus. Quid? Mali'ne hic est quippiã quodq́ aliquo colore iustam mereatur reprehensionem? Aut quamobrem nos Christiani Diuorum & Martyrum memoriam non excolamus? Memoriam inquã, Sanctorum illorum, qui tam piè in hoc mundo uixerũt; qui naturæ cursum in timore Domini tam benè & feliciter consummarunt? Qui pro Euangelio & Christiana fide asserenda sanguinem suum tanta constantia profuderunt? Cur, inquam, nos tam sanctorum uirorum, tam præstantium Doctorum obliuiscamur?

Sanctorũ memoria per reliquias cõseruatur.

mur?

mur? Cur non ſummo honore & reuerentia proſequamur, quicquid ipſorũ nos admonere poteſt? Nunquam profectò diuino fauente præſidio per artes & uerſutias diaboli eò adduci ſuſtinebimus, ut tantarum rerum abolitionem admittamus: ſed iuxtà ſanctorum patrum doctrinam, qui iam inde ab Apoſtolico ſeculo in Eccleſia floruerunt, ad exemplum & imitationem chariſsimorum maiorum noſtrorum, ſacras Diuorum Reliquias, omni ſtudio extollemus, ſummo in honore ac dignitate ſeruabimus, & debita reuerentia in ſolennibus Proceſsionibus circunferemus.

Quorſum autem, aut quã ob cauſam? Certè hãc D. Damaſcenus tot ſeculis ante exortã hãc diſputationẽ

euidenter expreſsit, ut per eas ſancto rum uirorũ memoriam nobis aſſeramus, tanquam præcipuorum filiorum, fidelißimorum amicorum, honoratißimorũ ciuiũ, uictorioſißimo rum equitum, perfectißimorũ membrorum, potißimorum patronorũ & beatißimorum incolarum regni cœleſtis. Hanc ob cauſam ſacras eorum Reliquias, tanta cum reuerentia & ueneratione circumferimus, ut horum tàm ſanctorum uirorũ per eas recordemur, ut ſtabilem eorum fidẽ, firmam ſpem, ardentem charitatem, intimã deuotionẽ, ſacra eorum uerba profeſsionem, doctrinam & ueritatem, ſancta eorũ opera, pœnitentiam iuſtitiã, patientiam, obedientiam, abſtinentiam, orationes, ieiunia, eleemoſynas, piamq́ & ſanctam cõuerſationem

uersationem animis nostris firmiter insculpamus; atque ita simul accendamur & extimulemur eiusmodi hominum uestigijs insistere, eos imitari, uitamque & mores nostros ad ipsorũ exemplum componere; ut si quisque arbitretur graue nimis & arduum sibi fore, Christum dominum in sacratissima passione sua imitari; hominẽ se infirmum, nõ posse eiusmodi præstare, discat hinc, non impossibile esse homini cum auxilio & patrocinio præpotentis Dei Christum Dominum imitari, uitamque suam ad eius uitam instituere.

Atque ita dùm sacras Reliquias in Ecclesijs honorificè asseruari, aut fidelibus exhiberi, aut etiam in Processionibus circunferri uidemus, cogi- *Reliquias Sanctorũ cõtuentes quid cogitare debeamus.*

cogitabimus, hos esse illos ipsos qui iam olim eâdem nobiscum carne uestiti, ijsdemq́ infirmitatibus obnoxij fuerint, nihilosecius tanta uitæ integritate, tam pij in conuersatione, tam honesti in omni actione, tanti æmulatores in fide extiterint, ut uix quisquam dignè effari queat: adeò ut penè uideantur non homines ueri, sed quodammodo maiores hominibus fuisse. Qui igitur sumus nos egeni, infelices, & inepti, ut salutis nostræ tam simus negligentes, à maiorum nostrorum uirtute tam degeneres? Qui longè alijs curis nos occupamus, quàm ijdem illi maiores nostri? Quandoquidē item ille Deus qui tantis tamq́ præcellentibus charismatis eos dotauit, etiamnum uiuit, etiamnum eiusmodi imò
&

& maiores dotes illis impartiri ac donare paratus est? Etiamnum omnium hominum, omnium fidelium, omnium qui fiduciam suam in eum collocant clemens & misericors pater est & esse uult, nihilq; superest, nisi ut ipsum rogemus.

Quid uobis uidetur, Auditores? Arbitramini, dum sacræ reliquiæ in processionibus circunferuntur: dum hoc ꝓposito honorificè in Ecclesijs asseruantur: quãdo eum in finẽ omnibus Christi fidelibus in Altari collocatæ exhibentur: quãdo uel in processione, uel in Altari hoc animo eas cõtuemur, existimatis, inquam, illud aut improbũ aut iniquũ fore? sacris scripturis aduersari? esse idololatriã? Neutiq;. Imò diuinis literis planè conforme est & consentaneum,

uerissimeque hoc modo Deum uenes ramur & colimus.

Sanctorum siquidē commemoratio utique legitima est, laudabilis & Christiana: Qua igitur ratione illicita est earum rerum usurpatio, quæ penès nos aliud nihil sunt, quàm μνημόσυνα quædã, quæ uitæ sanctorum & uariarum uirtutum quibus polluerunt, recordationem suggerunt?

Tertul. lib. de præscri. hæret. Euseb. lib 4. Eccles. histo.

Nisi forté quis obijciat, Smyrnensem Ecclesiam, perperàm fecisse de qua legimus, quòd in primitiua & Apostolorum temporibus proxima Ecclesia, combusta Episcopi sui Polycarpi (qui discipulus fuit D. Ioannis Euangelistæ) ossa, quatenus licuit collegerunt, honorificè condiderunt, annuamque ibidem eius memoriam

moriam habuerunt, ut ſequentium animi, inquit, prædeceſſorum uiam exemplis inſignibus ſuſcitētur. Hoc autem nemo ſapiens dixerit: Et procul dubio multorum animos ea nunc ſubit cogitatio, placere ſibi hoc inſtitutum, nec γρῦ quidē illi obmurmuraturos, ſi diuorum reliquiæ eum duntaxàt in finem in Eccleſijs aſſeruarentur, & in proceſsionibus circungeſtarentur, uidelicet ad conſeruandam ſanctorum memoriam, utq́ꝫ Chriſtiani hoc pacto ad eorum imitationem extimulentur. Cæterū hoſce limites iam olim in Papatu longè lateq́ꝫ exceſſerunt. Siquidem homines tunc omnem ſuam fiduciam in Reliquias collocarunt, uſqueadeò ut in quauis grauiori neceſsitate, & potiſsimum ingruente aliqua

corporis infirmitate, opem & auxilium ab iis expectarint, atque ita ipsissimam idololatriam commiserint.

In Papatu habeatur fiducia in Sanctorũ reliquijs. Haud minus sanè antè annos aliquot Diuorum reliquijs tributũ est, nec inficiamur spem & fiduciã in eas collocatam, Imò non tantùm antè annos 60. uel 70. penes auos & proauos nostros, sed iam olim etiam antè annos mille & aliquot centurias, teste D. Augustino, id factitatum est. *Aug. lib. 22. de ciuit dei, cap. 8.* Qui circiter uiginti magna, mirifica & stupenda miracula recenset, quę suo tempore penes sanctorum reliquias & potissimùm S. Stephani protomartyris contigerunt, refertque inter alia, quòd deferẽte Lucillo Mediolanensi Episcopo sancti Stephani protomartyris reliquias, toto populo in magna pompa

pa præcedente, idem Lucillus ex ipsa rum reliquiarum contactu dolore & Apostemate fistulæ, quæ per medicos curari non poterat, repentè in pristinam sanitatem restitutus sit. Et alio in loco scribit, quomodò cæcus ad contactum sanctorũ corporum fuerit illuminatus. Vnde iam luce meridiana clarius euadit, non nuper natum, sed antè annos mille usitatum fuisse, ut Christi fideles opem & auxilium quærant penes sanctorum reliquias.

August. lib. Retract. cap. 13.

Porrò an rectè illud fiat, an diuinis scripturis consentaneum sit & Euangelicum, equidem sperarim à nullo syncerè & uere Christiano uel minima ex parte in controuersiam adducendum, Illud enim ex diuinis

An legitimũ sit & Euãgelicũ penes reliquias auxilium quærere.

scripturis

ſcripturis cuilibet, notum eſt, aut cer-
Pſal. 67. tè notum eſſe debet, mirabilem eſſe
Deum in ſanctis ſuis, atteſtante hoc
Propheta Regio.

Inſuper & illud ex literis ſacris qui-
Pſal. 33. libet nouiſse poteſt, quòd tametſi
multæ ſint tribulationes iuſtorum,
dominus tamen eos ex omnibus ſit
erepturus, teſte eodem Dauide, cum
inquit, Dominus cuſtodit omnia
oſſa eorum, unum ex his non con-
teretur.

Iſtud prætereà cuiuis ex diuinis li-
teris conſtare poteſt, quòd, cùm qui-
dam, ut in libris Regum legimus, ca-
dauer portarent, uiderentq́ꝫ inſe-
quentes ſe latrunculos, proiecerint
4. Reg. 13 illud in ſepulchrũ Helizæi Prophe-
tæ, quòd cùm tetigiſſet oſſa Helizæi
reuixit homo & ſtetit ſuper pedes
ſuos.

Norunt & illud, & nosse omnes decet ex hodierno Euangelio, mulierem duodecim annis continuò sanguinis fluxu laborantem, per solum Dominicæ uestis contactum miraculosè sanatam. Math.9.

Scimus & illud passimq́ in Euangelio expresse legimus, quotquot in terra Genezareth solam uestis Christi Domini fimbriam contingebant, morborum suorum medelam consecutos. Math.14. Mar.6.

De Diuo Paulo quoq́ expressè legimus in actis Apostolicis hæc uerba. Virtutesq́ nō quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, ità ut etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinctia, & recedebant ab eis languores & spiritu Acto. 19

ritus nequam egrediebantur.

Act. 5. Planè similia legimus de D. Petro, quòd paulò post missionem Spiritus sancti, cùm Apostoli adhuc Hierosolymis agerent, multi infirmos suos in plateas eiecerint, & posuerint in lectulis & grabatis, ut ueniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quenq; illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis.

Quocircà si sola D. Petri umbra tam fuit efficax ut etiam illos quos ea tantum contingebat uel obumbrabat, ab omnibus infirmitatibus liberauerit.

Si manus Apostoli Pauli eam à præpotenti Deo uirtutem habuerūt, ut multa stupendaq; miracula ijs operatus sit.

Si sudaria & semicinctia eiusdem

Diui Pauli eam uirtutem & energiã habuerunt, ut infirmos ſanauerint, ut dæmones eiecerint.

Si fimbra ueſtis Domini tam fuit efficax, ut mulierem à longa duodecim annorum hæmorrhagia, multos præterea à grauiſsimis morbis liberauerit.

Si emortua Helizæi oſſa ſolo contactu defunctum hominem reſuſcitarunt & uitæ reſtituerunt.

Si deniq; Regius Propheta rectè & uerè pronunciauit: Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, cur inuitè, cur grauatim quis crediderit, præpotentem Deum in hodiernum uſq; diem, per ſacras ſanctorum ſuorum reliquias infirmos ſanare, aliaq; miracula patrare poſſe?

Sanè D. Chryſoſtomus alacri &

prompto

prompto animo idipſum credidit. Imò non ipſe ſolùm credidit, uerum etiam ſermonibus ſuis alios induxit, ut non minori fide, quàm ipſe Chryſoſtomus, illud crederent, prout in ſermone eius de uirtutibus & uitijs, inter cætera hanc eius mentem & ſententiam expreſsis uerbis hunc in modum legimus. Sicut uirtus erat in ueſte Pauli & umbra Petri ad ſanandum ægrotos, ita in Sanctorum cineribus, ad expellēdos dæmones, uti alio loco ſcribit fugiſſe dæmones propter præſentiam corporis ſancti Martyris Barlaam.

Chryſoſt. ſermo. 35 de uirt. & uitijs.

Chriſoſt. in ſer. de S. Marthyre Barlaam Itē hom. 66. ad pop. Antioch.

Tu igitur quis es, qui tam proteruè conaris Deo opt. Max. in operibus ſuis menſuram & modum præſcribere? Perſuades tibi idololatricā eſſe fiduciam aliquam habere in ſa-

cras

tras Reliquias, opem & auxilium penès eas expetere. Vnde autem aut quamobrem est idololatria? Quo pacto ex Euangelio & scripturis diuinis idipsum docebis? Nunquã profectò illud effectum dederis. Contrarium autem inuenitur, adeoq; expressè, ut credere non possim, quenquam ulla cum ueritate uel mutire aduersùm illud audere.

Te iam appello, qui extremo odio sacras prosequeris reliquias, edissere nobis, Mulier illa de qua in hodierno Euãgelio idololatriam tibi commisisse uidetur, quòd tantam in Christum Dominum concepit fiduciam, ut sperarit per solum fimbriæ uestimenti eius contactum sanitatem sibi restituendam? Aut si existimas diuersam esse rationem Christi Domini,

 mini,

mini, & sanctorum, dic ergò, an illos idololatras fuisse arbitreris, qui uilia duntaxàt Pauli sudaria & semicin-
Act. 19. ctia infirmis imposuerunt, eorundemque morbos hac ratione curarũt? Imò & dæmones quandoque eiecerunt? Sudariũ utique res uilis est & exigui pretij, & maximè cuiusmodi usurparunt Apostoli, qui externum splendorẽ facilè cõtempserunt. Nihilominus ibidem legimus multos per D. Pauli sudaria à grauíssimis morbis & à dęmonibus liberatos. Imò quòd maius est, per qualemcunque umbrę à Petro deriuatæ contactum pari modo curati sunt, & à morbis exonerati.

Reuera, auditores, ut liberè dicam quod sentio, equidem planè mihi persuadeo, nisi hæc tam stupenda de

Diuo

Diuo Petro & Paulo cęterisq́; Apo-
stolis miracula tam claré ac diserté in
scripturis diuinis exprimerentur,
omninò hisce nouissimis & exulce-
ratis temporibus inueniendos ho-
mines, qui huiusmodi negare nō eru
bescant. Quocircà Deo opt. Max.
magnas debemus gratias, quòd uir-
tutē & omnipotentiam suam in scri-
pturis diuinis tam euidenter decla-
rauerit, ut iam nec Plutonem nec
Proserpinam uereamur.

Quinimò Satanā ipsum, cum tota
sua cohorte prouocatum uelim, si
hac in re quicquam moliri posit.
Prouocati sint omnes hæretici, om-
nes Pseudoprophetæ, omnes falso
Euangelij titulo se uenditantes Ec-
clesiastæ, an aliqua cum uerita-
te nos hic alicuius superstitionis

aut idololatriæ queāt insimulare, ne dicam conuincere. Eoq; huius facti & fidei nostræ de ossibus defunctorum Martyrum, cæterisq; Reliquijs professionem ne minima quidem ex parte erubescimus, sed claris, rotundis ac disertis uerbis eam agnoscimus & profitemur, ut quilibet eam intelligere & perspicere queat.

Catholicorū confeßio de reliquijs. Hæc igitur est aperta, germana, luculenta & expressa confessio nostra. Sacras Diuorum Reliquias in Ecclesia Dei asseruamus. Easdem auro & argento includimus. Insuper in Ecclesijs, in Processionibus, in litanijs & precibus publicis magna cum reuerentia & ueneratione easdem circunferimus, nihil addubitantes, per eiusmodi (licet nihil sint nisi residua demortuorum ossa) sæpenumero

penumero à morbis alijsq́ defe-
ctibus nos posse liberari.

Etenim si mortua Helizæi ossa se- 4.Reg.13
mel mortuum hominem uiuificare
potuerunt; Si Pauli sudaria infirmis Acto. 19.
imposita olim morbos profliga-
runt, Si eiusdem D. Pauli semicin-
ctia aliquando uim & energiam ha-
buerunt expellendi Dæmones &
Spiritus nequam; Petri quoq́ um- Acto.5.
bra olim ea uirtute polluit, ut qui cũ
fiducia accederent & inumbraren-
tur, ab infirmitatibus suis liberaren-
tur: cur obsecro ossa Helizæi, uesti-
mentũ Christi Domini, sudaria &
semicinctia D. Pauli Apostoli, alio-
rumq́ sanctorum Reliquiæ omnem
suam uirtutem & energiam hoc no-
stro seculo prorsus amiserint?

Cur olim licuerit, Euangelicum

fuerit, superstitiosum & idololatria cum non fuerit per uilia Apostoli sudaria curam & medelam grauissimorum malorum atque adeo liberationem à Dæmonibus malis quærere: nunc autem qui idem faciat, idololatriam committat, & Euangelio contraria designet? Si semel hæc iusta, licita & legitima fuerunt, iusta & legitima permanent in æternum, quantumcunque fremat & ferociat Sathan, quantumuis obstrepat & obluctetur. Semel illud in Euangelio fundatum est; non igitur eripi nobis sustinebimus, etiamsi ipsæ inferorũ portę in illud collidi ac dissilire debeant. Pręcipuè cum & illud prætereà sentiamus, doceamus & publicitùs profiteamur, omnia miracula, quę penes sacras Diuorũ reliquias fiũt, non sanctorũ, sed ipsius Dei esse opera.

Miracula penes reliquias facta, sunt opera Dei.

Contigēre quidem per umbram Petri miracula. Per sudariorum D. Pauli impositionē sanati sunt infirmi, eiecti demones. Per contactū ossium Helizei cadauer reuixit. Cęterū Petrus hęc miracula nō effecit, multò minus umbra ipsius. Paulus nō fecit, multominus ipsius sudaria et semicinctia. Helizæus non fecit, multo minus emortua ipsius ossa.

Quis autē fecerit, scire desideras? Euidenter illud & perspicuè indicabimus. Ille nimirū, qui dixit Regulo, Vade filius tuus uiuit, planeꝗ res ità se habuit. Qui in hodierno Euāgelio defunctā filiā uitę restituit: mulierem infirmā sanauit: cœcis uisū reddidit. Ille est qui hęc fecit, nec alius quisquā. Ille est qui miracula uniuersa apud sepulcra & Reliquias Sanctorum

operatur, prout per ipsos in terris adhuc agentes, etiam omnia miracula operatus est. Priuata sanè uirtute nemo, quantæcunque fuerit probitatis & sanctimoniæ uel unicum quidem miraculũ effecit, sed omnes in uniuersum ope & adminiculo omnipotentis Dei.

4. Reg. 4. Helizæus quidem Propheta unicum hospitæ suæ filium ex morte in uitam reuocauit, attamen inuocato prius omni cum deuotione auxilio Acto. 9. diuino, Itidem & Petrus Apostolus Ioppæ defunctam Thabitam resuscitauit quidem, sed positis genibus prius orauit. Insumma quæcunque sancti unquam operati sunt miracula, ea non priuata uirtute aut proprijs uiribus fecerunt, sed ope & auxilio Dei.

Idem ille Deus qui ipſis in hoc mundo degentibus eiuſmodi gra= tiam cõtulit, etiamnum confert iam nunc in cœlis uiuentibus.

Idem ille Deus per mortua He= lizæi oſſa, cadaueri uitam reſtituit. Idem ille Deus per umbram D. Pe= tri multos ſanitati donauit. Idem ille Deus per D. Pauli ſudaria multos infirmos curauit. Per ſemicinctia eiuſdem, dæmones eiecit. Tempori= bus D. Chryſoſtomi per demortuo= rum ſanctorum cineres, malos ſpiri= tus profligauit, itemq́ per alia me= dia, multa & uaria operatus eſt mi= racula. Idẽ ille Deus & nõ alius, etiã= num in hodiernum uſq; diem uirtu= te & potentia ſua diuina, operatur miracula. Infirmos adhuc ſanat; dæ= mones & ſpiritus nequam, etiam=

num sua uirtute expellit. Facit autem per certa media. Facit per sanctos suos, qui ipsum in hoc mundo prę omnibus dilexerunt, & nunc cum ipso in gaudio & felicitate æterna dominantur ac regnant. Per illos & ubicunque illi sepulti sunt, etiamnum hodiè non minus efficit eiusmodi miracula, quàm in actis Apostolicis per umbram & sudaria Apostolorum effecit.

Equidem nō arbitror quenque esse qui hęc posit inficiari, nimis magna in promptu est exemplorum copia. Quàm ipse ego ætate mea de multis audiui, signaque & trophęa nonnunque in Ecclesijs suspensa conspexi illorum, qui penes hunc aut illum Diuū, hac uel illa infirmitate liberati sunt? Quoties usu uenit, ut qui uel

graui infirmitate premebantur, aut in terræ mariſúe periculis erant conſtituti, aut etiam malo ſpiritu obſeſsi, apud Diuã uirginẽ in ueteri Oetinga Bauariæ, aut apud Diuum Leonhardum, aut apud D. Anaſtaſiam, aut Düntenhauſæ, aut in monte ſancto, aut apud quemuis alium ſanctorum potenter ab ijs liberati ſint?

Quid porrò tibi hinc uel accedit uel decedit, quandò Deo præpotenti uiſum eſt penès ſepulcra & reliquias fideliſsimorum quondàm hic in terris famulorum ſuorum, ut egeſtati & miſeriæ noſtre ſuccurat, eiuſmodi miracula exercere? quid tibi derogat, ſi uideamus, audiamus, compertũ habeamus et quotidiana experientia cognoſcamus, etiamnũ hodiè beni-

benignissimum clementissimumq; Deum nobis (licet egenis & miseris peccatoribus) per sanctorum Reliquias opem & patrocinium præstare, quemadmodũ olim uiuentibus adhuc in carne Apostolis factitauit: Quid, inquam, tibi hac ratione decedit? Quid obturbas, quid oblatras aduersum hæc infœlicissime mortalium? Quid frustrà tanto cum fremitu ferocis? Velis nolis, Dei uoluntatem ut fieri permittas oportet.

Verum quidẽ est quòd apud Re-
Psal. 72. gium Prophetam legimus, Miseri-
1. Tim. 2. cordia Dñi plena est terra, potesq; eũ in omni loco, ubicunq; fueris ad præstandum auxilium inuocare, nec eius rei causa ut uel huc uel illuc procurras necessum est, cùm Deus non locum orationis tuæ respiciat,

sed cor ex quo procedit oratio. Hinc Christus Dominus, non in templo tantùm uerumetiam in deserto & ad montem Oliueti orauit.

Hinc discipuli in communi loco orarunt. Stephanus orabat antè urbem: Petrus in domo Coriarij: Paulus in littore maris, Latro in crucē, & summatim dicēdo, ubicunque Deum in spiritu & ex corde inuocaueris, illic exaudit. Acto.4. Acto.7. Acto. 10. Acto.20. Luc.25.

Sic Danielem exaudiuit in Lacu: Iob in sterquilinio: Ionam in uentre Ceti: Ezechiam in lectulo: Paulum in carcere. Omnia hæc sunt uerissima, neque quisquam uult aut potest inficiari. Dan.7. Iob 2. Ionæ 2. Ezech.58. Acto. 16.

Verùm attendite auditores, Si quis tam ardentem feruentemque

animum

animum cuiusmodi modò enumerati habuerunt, etiam in locum sacrum, in quo condita sint ossa Martyris cuiuspiam, qui in hoc mundo templum ac domicilium Dei fuerit: aut in ecclesiam in qua populus fideliũ congregari solet, adferat, hic nihil ambigit, eam orationẽ, quæ ex eiusmodi loco & corde prodeat, præpotenti Deo, longè gratiorem & ad quiduis impetrandum efficaciorem fore.

1. Cor. 6. 3. Reg. 8. Tertul. in apolog. cap. 19. Amb. lib. 5. in Luc. Chrysost. hom. 19. ad pop. Antioch. Basil. de bap. ser. 2. cap. 8.

Et nihilominus uerum permanet, quod Regius Propheta Dauid locutus est. Misericordia domini plena est terra, tametsi nõ ubiq; & semper eodẽ modo operetur, & uno nonnunq; in loco gratiã seu beneficium aliquod præstet, quod alibi multo tempore non exhibeat. Prout huius

Psal. 32.

etiam

etiam rei exempla paſsim in ſcriptu-
ris diuinis legimus operatum uide-
licet Deum uno aliquo in loco,
quod alibi nuſquam operari uo-
luerit.

In templo Hieroſolymitano et nõ 3.Reg. 8
alibi uoluit orantes exaudire. Imò
eiuſmodi priuilegium templo con-
tulit, ut etiã alienigena orante & uul
tum ſuum ad locum iſtum conuer-
tente exaudiendus fuerit. Eiuſmodi
porrò priuilegium non legimus ulli
loco collatum. Arcæ hanc uirtu- Ioſue 4.
tem tribuit, ut ubicunq; illa foret, ibi- Ioſue 6.
dem hoſtes cæderentur. Hiericho
etiã concidit, & Iordanis retrogrado
fluxu relapſus eſt. Refert etiã Euan- Ioan. 5I.
geliſta piſcinã probaticã, eam effica-
ciam & prærogatiuã habuiſſe, ut qui
primus in eam deſcenderet, cõfeſtim
ab

aut idololatriæ queāt insimulare, ne dicam conuincere. Eoq́ huius facti & fidei nostræ de ossibus defunctorum Martyrum, cæterisq́ Reliquijs professionem ne minima quidem ex parte erubescimus, sed claris, rotundis ac disertis uerbis eam agnoscimus & profitemur, ut quilibet eam intelligere & perspicere queat.

Catholicorū confeßio de reliquijs.

Hæc igitur est aperta, germana, luculenta & expressa confessio nostra. Sacras Diuorum Reliquias in Ecclesia Dei asseruamus. Easdem auro & argento includimus. Insuper in Ecclesijs, in Processionibus, in litanijs & precibus publicis magna cum reuerentia & ueneratione easdem circunferimus, nihil addubitantes, per eiusmodi (licet nihil sint nisi residua demortuorum ossa) sæ-

penumero à morbis alijsq́ defe-
ctibus nos posse liberari.

Etenim si mortua Helizæi ossa se-
mel mortuum hominem uiuificare 4.Reg.13
potuerunt: Si Pauli sudaria infirmis Act. 19.
imposita olim morbos profliga-
runt. Si eiusdem D. Pauli semicin-
ctia aliquandò uim & energiam ha-
buerunt expellendi Dæmones &
Spiritus nequam: Petri quoq́ um- Act. 5.
bra olim ea uirtute polluit, ut qui cũ
fiducia accederent & inumbraren-
tur, ab infirmitatibus suis liberaren-
tur: cur obsecro ossa Helizæi, uesti-
mentũ Christi Domini, sudaria &
semicinctia D. Pauli Apostoli, alio-
rumq́ sanctorum Reliquiæ omnem
suam uirtutem & energiam hoc no-
stro seculo prorsùs amiserint?

Cur olim licuerit, Euangelicum
 fuerit,

aut idololatriæ queāt insimulare, ne dicam conuincere. Eoq́; huius facti & fidei nostræ de osſibus defunctorum Martyrum, cæterisq́; Reliquijs professionem ne minima quidem ex parte erubescimus, sed claris, rotundis ac disertis uerbis eam agnoscimus & profitemur, ut quilibet eam intelligere & perspicere queat.

Catholicorũ confeßio de reliquijs. Hæc igitur est aperta, germana, luculenta & expressa confesſio nostra. Sacras Diuorum Reliquias in Ecclesia Dei asseruamus. Easdem auro & argento includimus. Insuper in Ecclesijs, in Procesſionibus, in litanijs & precibus publicis magna cum reuerentia & ueneratione easdem circunferimus, nihil addubitantes, per eiusmodi (licet nihil sint nisi residua demortuorum ossa) sæ-

penumero

penumero à morbis alijsq́ defe-
ctibus nos posse liberari.

Etenim si mortua Helizæi ossa se- 4.Reg.13
mel mortuum hominem uiuificare
potuerunt; Si Pauli sudaria infirmis Acto. 19.
imposita olim morbos profliga-
runt. Si eiusdem D. Pauli semicin-
ctia aliquandò uim & energiam ha-
buerunt expellendi Dæmones &
Spiritus nequam; Petri quoq́ um- Acto.5.
bra olim ea uirtute polluit, ut qui cũ
fiducia accederent & inumbraren-
tur, ab infirmitatibus suis liberaren-
tur: cur obsecro ossa Helizæi, uesti-
mentũ Christi Domini, sudaria &
semicinctia D. Pauli Apostoli, alio-
rumq́ sanctorum Reliquiæ omnem
suam uirtutem & energiam hoc no-
stro seculo prorsùs amiserint?

Cur olim licuerit, Euangelicum
 fuerit,

fuerit, superstitiosum & idololatriæ cum non fuerit per uilia Apostoli sudaria curam & medelam grauissimorum malorum atque adeò liberationem à Dæmonibus malis quærere: nunc autem qui idem faciat, idololatriam committat, & Euangelio contraria designet? Si semel hæc iusta, licita & legitima fuerunt, iusta & legitima permanent in æternum, quantumcunque fremat & ferociat Sathan, quantumuis obstrepat & obluctetur. Semel illud in Euangelio fundatum est; non igitur eripi nobis sustinebimus, etiamsi ipsæ inferorũ portę in illud collidi ac dissilire debeant. Pręcipuè cum & illud præterea sentiamus, doceamus & publicitùs profiteamur, omnia miracula, quę penes sacras Diuorũ reliquias fiũt, non sanctorũ, sed ipsius Dei esse opera.

Miracula penes reliquias facta, sunt opera Dei.

Contigère quidem per umbram Petri miracula. Per sudariorum D. Pauli impositionē sanati sunt infirmi, eiecti dęmones. Per contactū ossium Helizęi cadauer reuixit. Cęterū Petrus hęc miracula nō effecit, multò minus umbra ipsius. Paulus nō fecit, multominus ipsius sudaria et semicinctia. Helizæus non fecit, multo minus emortua ipsius ossa.

Quis autē fecerit, scire desideras? Euidenter illud & perspicuè indicabimus. Ille nimirū, qui dixit Regulo, Vade filius tuus uiuit, planeq́ res ità se habuit. Qui in hodierno Euāgelio defunctā filiā uitę restituit: mulierem infirmā sanauit: cœcis uisū reddidit. Ille est qui hęc fecit, nec alius quisquā. Ille est qui miracula uniuersa apud sepulcra & Reliquias Sanctorum

operatur, prout per ipſos in terris adhuc agentes, etiam omnia miracula operatus eſt. Priuata ſanè uirtute nemo, quantæcunqꝫ fuerit probitatis & ſanctimoniæ uel unicum quidem miraculũ effecit, ſed omnes in uniuerſum ope & adminiculo omnipotentis Dei.

4. Reg. 4. Helizæus quidem Propheta unicum hoſpitæ ſuæ filium ex morte in uitam reuocauit, attamen inuocato prius omni cum deuotione auxilio

Act. 9. diuino, Itidem & Petrus Apoſtolus Ioppæ defunctam Thabitam reſuſcitauit quidem, ſed poſitis genibus prius orauit. Inſumma quæcunqꝫ ſancti unq̃ꝫ operati ſunt miracula, ea non priuata uirtute aut proprijs uiribus fecerunt, ſed ope & auxilio Dei.

Idem ille Deus qui ipsis in hoc mundo degentibus eiusmodi gratiam cõtulit, etiamnum confert iam nunc in cœlis uiuentibus.

Idem ille Deus per mortua Helizæi ossa, cadaueri uitam restituit. Idem ille Deus per umbram D. Petri multos sanitati donauit. Idem ille Deus per D. Pauli sudaria multos infirmos curauit. Per semicinctia eiusdem, demones eiecit. Temporibus D. Chrysostomi per demortuorum sanctorum cineres, malos spiritus profligauit, itemq; per alia media, multa & uaria operatus est miracula. Idẽ ille Deus & nõ alius, etiãnum in hodiernum usq; diem uirtute & potentia sua diuina, operatur miracula. Infirmos adhuc sanat; demones & spiritus nequam, etiam-

operatur, prout per ipsos in terris ad huc agentes, etiam omnia miracula operatus est. Priuata sanè uirtute nemo, quantæcunque fuerit probitatis & sanctimoniæ uel unicum quidem miraculũ effecit, sed omnes in uniuersum ope & adminiculo omnipotentis Dei.

4. Reg. 4. Helizæus quidem Propheta unicum hospitæ suæ filium ex morte in uitam reuocauit, attamen inuocato prius omni cum deuotione auxilio Act. 9. diuino, Itidem & Petrus Apostolus Ioppæ defunctam Thabitam resuscitauit quidem, sed positis genibus prius orauit. Insumma quæcunque sancti unque operati sunt miracula, ea non priuata uirtute aut proprijs uiribus fecerunt, sed ope & auxilio Dei.

Idem

Idem ille Deus qui ipsis in hoc mundo degentibus eiusmodi gratiam cõtulit, etiamnum confert iam nunc in cœlis uiuentibus.

Idem ille Deus per mortua Helizæi ossa, cadaueri uitam restituit. Idem ille Deus per umbram D. Petri multos sanitati donauit. Idem ille Deus per D. Pauli sudaria multos infirmos curauit. Per semicinctia eiusdem, dęmones eiecit. Temporibus D. Chrysostomi per demortuorum sanctorum cineres, malos spiritus profligauit, itemq; per alia media, multa & uaria operatus est miracula. Idẽ ille Deus & nõ alius, etiãnum in hodiernum usq; diem uirtute & potentia sua diuina, operatur miracula. Infirmos adhuc sanat; dęmones & spiritus nequam, etiam-

num sua uirtute expellit. Facit autem per certa media. Facit per sanctos suos, qui ipsum in hoc mundo prę omnibus dilexerunt, & nunc cum ipso in gaudio & felicitate æterna dominantur ac regnant. Per illos & ubicunq; illi sepulti sunt, etiamnum hodiè non minus efficit eiusmodi miracula, quàm in actis Apostolicis per umbram & sudaria Apostolorum effecit.

Equidem nō arbitror quenq; esse qui hęc posśit inficiari, nimis magna in promptu est exemplorum copia. Quàm ipse ego ætate mea de multis audiui, signaq; & tropheа nonnunq; in Ecclesijs suspensa conspexi illorum, qui penes hunc aut illum Diuū, hac uel illa infirmitate liberati sunt? Quoties usu uenit, ut qui uel

graui

graui infirmitate premebantur, aut in terræ marisúe periculis erant constituti, aut etiam malo spiritu obsessi, apud Diuã uirginẽ in ueteri Oetinga Bauariæ, aut apud Diuum Leonhardum, aut apud D. Anastasiam, aut Dünntenhausæ, aut in monte sancto, aut apud quemuis alium sanctorum potenter ab ijs liberati sint?

Quid porrò tibi hinc uel accedit uel decedit, quandò Deo præpotenti uisum est penès sepulcra & reliquias fidelissimorum quondàm hic in terris famulorum suorum, ut egestati & miseriæ nostre succurat, eiusmodi miracula exercere? quid tibi derogat, si uideamus, audiamus, compertũ habeamus et quotidiana experientia cognoscamus, etiamnũ hodiè beni-

benignißimum clementißimumq;
Deum nobis (licet egenis & miseri
peccatoribus) per sanctorum Reli
quias opem & patrocinium præsta
re, quemadmodū olim uiuentibus
adhuc in carne Apostolis factitauit:
Quid, inquam, tibi hac ratione decce
dit? Quid obturbas, quid oblatras
aduersum hæc infœlicißime morta=
lium? Quid frustrà tanto cum fre=
mitu ferocis? Velis nolis, Dei uolun
tatem ut fieri permittas oportet.

Verum quidē est quòd apud Re=
Psal. 72. gium Prophetam legimus, Miseri=
1. Tim. 2. cordia Dñi plena est terra, potesq;
eū in omni loco, ubicunq; fueris ad
præstandum auxilium inuocare, nec
eius rei causa ut uel huc uel illuc
procurras necessum est, cùm Deus
non locum orationis tuæ respiciat,
sed

sed cor ex quo procedit oratio. Hinc Christus Dominus, non in templo tantùm uerumetiam in deserto & ad montem Oliueti orauit.

Hinc discipuli in communi loco orarunt. Stephanus orabat antè urbem: Petrus in domo Coriarij: Paulus in littore maris, Latro in cruce, & summatim dicēdo, ubicunq; Deum in spiritu & ex corde inuocaueris, illic exaudit. Acto.4. Acto.7. Acto. 10. Acto.20. Luc.25.

Sic Danielem exaudiuit in Lacu: Iob in sterquilinio: Ionam in uentre Ceti: Ezechiam in lectulo: Paulum in carcere. Omnia hæc sunt uerissima, neq; quisquam uult aut potest inficiari. Dan.7. Iob 2. Ionæ 2. Ezech.58. Acto. 16.

Verùm attendite auditores, Si quis tam ardentem feruentemq; animum

animum cuiusmodi modò enume-
1. Cor. 6. rati habuerunt, etiam in locum sa-
crum, in quo condita sint ossa Mar-
3. Reg. 8. tyris cuiuspiam, qui in hoc mundo
Tertul. in templum ac domicilium Dei fuerit;
apolog. aut in ecclesiam in qua populus fide-
cap. 19. liũ congregari solet, adferat, hic nihil
Amb. lib. ambigit, eam orationẽ, quæ ex eius-
5. in Luc. modi loco & corde prodeat, præpo-
Chrysost. tenti Deo, longè gratiorem & ad
hom. 19. quiduis impetrandum efficaciorem
ad pop. fore.
Antioch.
Basil. de Et nihilominus uerum permanet,
bap. ser. quod Regius Propheta Dauid locu-
2. cap. 8. tus est. Misericordia domini plena
Psal. 32. est terra, tametsi nõ ubiq; & semper
eodẽ modo operetur, & uno non-
nunq; in loco gratiã seu beneficium
aliquod præstet, quod alibi multo
tempore non exhibeat. Prout huius

etiam

tiam rei exempla paſsim in ſcriptu-
ris diuinis legimus operatum uide-
licet, Deum uno aliquo in loco,
quod alibi nuſquam operari uo-
luerit.

In templo Hieroſolymitano et nõ 3.Reg. 8
alibi uoluit orantes exaudire. Imò
eiuſmodi priuilegium templo con-
tulit, ut etiã alienigena orante & uul
tum ſuum ad locum iſtum conuer-
tente exaudiendus fuerit. Eiuſmodi
porrò priuilegium non legimus ulli
loco collatum. Arcæ hanc uirtu- Ioſue 4.
tem tribuit, ut ubicunq; illa foret, ibi- Ioſue 6.
dem hoſtes cæderentur. Hiericho
etiã concidit, & Iordanis retrogrado
fluxu relapſus eſt. Refert etiã Euan- Ioan. 5.
geliſta piſcinã probaticã, eam effica-
ciam & prærogatiuã habuiſſe, ut qui
primus in eam deſcenderet, cõfeſtim
ab

ab infirmitate sua liberaretur, quan
tumuis illa grauis esset & magn
Vtiq; cæteræ communes palude
eiusmodi uirtutem non habuerun
unde iam uestra, auditores, human
tas, meritò debebit intelligere, De
peculiaria quædam & certa loca ha
bere uelle, in quibus uirtutem & po
tentiam suam, euidentiùs quàm ali
bi uspiam exhibeat ac declaret, & ni
hilomins Misericordia Dei plena
est terra, necullo in loco conclu-
ditur.

Vnde iam nulli mirum uideri de-
bet, operari Deum per unum aliquē
Diuum, quòd per alium non faciat.
Per Diuam Annam, aliquando lar-
gitus est hominibus diuitias: Per D.
Georgium equitem uictoriam tri-
buit aduersus hostes: Per D. Nico-
laum

ſuum ſæpenumerò ex aquarum peri-
culis eripuit: per D. Valentinum ſa-
nitatem donauit: per D. Sebaſtia-
num peſtilentiam profligauit, atq;
ità per alios fideles miniſtros ſuos
eorumq; reliquias multa alia homi-
nibus contulit beneficia. Deus fecit
uirtute & omnipotentia ſua diui-
na, qui in hodierno etiam Euange-
lio eadem potentia diuina, mortuam
reſuſcitauit, mulierem infirmam ſa-
nauit, cœcis uiſum reſtituit.

Quid tua refert? Quid te excru-
ciat, quòd ita placeat diuinæ ſapien-
tiæ? Ferre te oportet Deum per mor Eccle. 49
tua Ioſeph oſſa prophetaſſe. Feren- 4. Reg. 13
dum tibi eſt, quòd per oſſa defuncti
Helizæi mortuum uitę reſtituit. Fer-
re cogeris quòd per umbram D. Pe- Acto. 5.
tri uarias infirmitates curauit. Ne-

ab infirmitate ſua liberaretur, quan≠
tumuis illa grauis eſſet & magna.
Vtiq; cæteræ communes paludes
eiuſmodi uirtutem non habuerunt,
unde iam ueſtra, auditores, humani≠
tas, meritò debebit intelligere, Deũ
peculiaria quædam & certa loca ha≠
bere uelle, in quibus uirtutem & po≠
tentiam ſuam, euidentiùs quàm ali≠
bi uſpiam exhibeat ac declaret, & ni≠
hilomins Miſericordia Dei plena
eſt terra, necullo in loco conclu≠
ditur.

Vnde iam nulli mirum uideri de≠
bet, operari Deum per unum aliquẽ
Diuum, quòd per alium non faciat.
Per Diuam Annam, aliquandò lar≠
gitus eſt hominibus diuitias: Per D.
Georgium equitem uictoriam tri≠
buit aduerſus hoſtes: Per D. Nico≠
laum

lanm sæpenumerò ex aquarum peri-
culis eripuit;per D. Valentinum sa-
nitatem donauit ;per D. Sebastia-
num pestilentiam profligauit, atq;
ità per alios fideles ministros suos
eorumq; reliquias multa alia homi-
nibus contulit beneficia. Deus fecit
uirtute & omnipotentia sua diui-
na,qui in hodierno etiam Euange-
lio eâdem potentia diuina,mortuam
resuscitauit, mulierem infirmam sa-
nauit,cœcis uisum restituit.

Quid tua refert? Quid te excru-
ciat,quòd ita placeat diuinæ sapien-
tiæ? Ferre te oportet Deum per mor Eccle.49
tua Ioseph ossa prophetasse. Feren- 4.Reg.13
dum tibi est, quòd per ossa defuncti
Helizæi mortuum uitę restituit.Fer-
re cogeris quòd per umbram D.Pe- Acto.5.
tri uarias infirmitates curauit. Ne-

cessario feres, quòd per D.Pauli su-
Act.19. daria infirmos sanauit & dæmonio
obsessos à spiritibus nequam exo-
nerauit: Feras igitur etiam, quòd per
has uel illas sancti sui reliquias opem
tibi præbeat: Feras quòd per D. Ni-
colaum in aquis: per D. Georgium
in prælio aduersùs hostes tuos: per
D. Sebastianũ grassante pestilentia,
tibi opituletur, & ab omni aduersita-
te conseruet. Feras, inquã, & liben-
ter feras, quandoquidem nunc au-
disti certumq́ et indubitatum habes,
eiusmodi opem, auxilium & libera-
tionem quæ per sanctos præstantur,
uniuersa à prepotenti Deo, tanquã
θεῷ ἀποτροπαίῳ, uerissimo protectore,
& primario fonte præcipuam suam
originem habere. Ille dona & cha-
rismata sua eum in modum nobis
mor-

mortalibus impartitur per ſanctos ſuos cœleſti gloria iam donatos, quorum nō ſingulis, ut inquit Apoſtolus, largitur gratiam ſanitatum, nec omnibus diſcretionem ſpirituum, ſed diuidit ſingulis pro ut uult. 1. Cor. 12.

Neq; huiuſmodi chariſmata illis tantū qui adhuc hoc in mūdo degunt, ſed illis etiam, qui per mortē naturalem ex hoc mundo in uitā æternam recepti ſunt, prout D. Auguſt. illud fuſè & copioſè diſputat. Verum quidē eſt Deum eſſe ubiq;, nec permittere ſeſe includi. Nihilominus ipſa perhibet experientia, cū apud martyris cuiuſpiā ſepulcrū ſæpenumerò miracula facere, quæ apud alterius tametſi etiā S. Martyris loculum non faciat. Veruntamen, inquit ibidem Diuus Auguſtinus, ad iſta quæ Auguſti. epiſt. 137.

uiſibiliter nota ſunt, quis poteſt con ſilium Dei perſcrutari, quare in alijs locis hęc miracula fiant, et nõ in omnibus? Et enumeratis miraculis quę apud ſepulcrũ & reliquias beati Felicis Nolæ & Mediolani operatus erat Deus, ſubnectit. Nunquid & Aphrica ſanctorum Martyrum corporibus plena eſt? Et tamen nuſquam
1.Cor. 12. hic ſcimus talia fieri: ſicut enim Apoſtolus dicit, quòd nõ omnes ſancti habent dona curationum, nec omnes dijudicationem ſpirituum, ità nec in omnibus memorijs ſanctorum illa fieri uoluit, qui diuidit propria unicuique prout uult.

Meritò profectò coràm omnipotenti Deo, clementiſsimo indulgentiſsimoque Patre noſtro, ſi uerè ſaperemus; ſi uindictam, quam ſapiens

Paræmiographus ingratis minatur (ut scilicet malum nõ recedat de domo eorum) euitare uelimus: si denicꝙ salutis nostræ uti meritò deberemus, curam ullam haberemus, coram illo, inquam, tam clementi & benigno patre nostro in genua prouolueremur, nec aptam satis rationẽ perspiceremus, qua dignas ꝓ tam ineffabili bonitate & misericordia gratias agere possemus, quòd tam multis & uariȷs modis, diuina beneficia & charismata sua per sanctos tam munificè nobis impartiatur. Pro.17.

Etenim si uel toto seculo hac de re disputare libeat, nihil tamen aliud est, quod ab Angelis, quod à sanctis sanctorumcꝙ reliquiȷs boni nobis accedit, quàm mera gratia, misericordia & benignitas præpotentis

Dei. Huic tanquam primario & precipuo omnium eiusmodi beneficiorum & charismatum largitori, omni cum subiectione, gratiæ dicendæ fuerint, nec aliter existimandum, quàm Deum ipsum omnia hæc nobis elargiri, sed per media, per adamatos & electos suos in terris: per umbram D. Petri: per sudaria Pauli: per huius uel illius Martyris ossa, quæ, dum
1.Cor.6. uixerunt, templum fuerunt spiritus
Psal.90. sancti, iuxtà Pauli sententiam: per sa-
Exod.24 cras Reliquias, per angelos suos &
4.Reg.19 electos, in æternum nunc cum ipso regnantes. Per hæc & alia media sæpenumerò hic in terris mirifica dona & beneficia nobis obtingunt. Deus autem est, qui nobis eadem per eiusmodi media confert: Deus est qui operatur ea, Deus est cui potissi-

mũm gratias agere debes, nec aliĳ cuiquam, eo uidelicet, quo ipsi modo.

Quocircà tu quisquis syncerè & piè Christum profiteris, qui hactenùs fortè nonnunquam ex deuotione religiosam peregrinationem subiuisti, perge audacter in Christiano Deoque gratissimo proposito. Neutiquam te ab hoc uetustissimo ritu, hanc uel illã Ecclesiã religiosè uisitãdi patiaris abduci. Progredere quandò & quoties tua te compulerit deuotio, pedibus nudis aut quacunque ratione in poenitentiæ signum corpus castigare uoles, progredere, in quã duce & auspice Deo ad D. Virginẽ apud ueterẽ Oetingã, ad Seruatorẽ, ad D. Nicolaum, ad D. Richillã, ad montẽ sacrum, ad D. uirginẽ de Lauretto, &

ſi parum hoc tibi uidetur, ad ipſam uſq; Compoſtellam, ad D. Iacobum in Hiſpaniam, aut Hieroſoymam, ad ſacrum Chriſti Domini ſepulcrum, & quomodocunq; demùm eiuſmodi loca ſacra appellentur. Inuenies Deum omnibus illis in locis: nulla de hoc penes te reſideat dubitatio. Ille cuncta quæ ibidem fiunt operatur miracula, quem & hoc nomine laudabis & predicabis, quòd iuxta Regij Pſaltis uerba, Mirabilis adeò
Pſal. 67. ſit in ſanctis ſuis, non minùs nunc, quandò cum ipſo uiuunt in cœlis, quàm tunc, cùm adhuc in hac miſeriarum ualle exularent.

Præter hoc autem & ſepulcra ſacraſq; reliquias plerunq; inueneris illorum qui propter Chriſtũ, ſanguinem ſuum conſtantiſsimè profuderunt,

ſuderunt, quod & plurimùm te conſolari & ſeriò admonere debet, ut eorundem ueſtigijs inſiſtas ipſorumq; exemplo pari cōſtantia Chriſtum profitearis.

Quamobrem igitur te ab hac tam Chriſtiana cōſuetudine patieris abduci? Cur ab ea deterreri ſuſtinebis? Religioſè quidem uiſis Reliquias, ſcopum autē tibi præfigis Deum, in quem credis: à Deo gratiam & auxilium expectas: per reliquias teipſum admones & accendis ad ſanctam uitæ ſanctorum æmulationem, ut quemadmodum hæc illorum oſſa Templum fuerunt Spiritus ſancti, 1. Cor. 6.
ità & tu per Dei gratiam Templum 2. Cor. 6.
fias ac domicilium eiuſdem.

Reuera, auditores, nihil eſt in Religioſis peregrinationibus, ſi legiti-

mè & hunc quem nunc dixi in modum fiant, quod iustè culpari queat.

Quocircà iterum iterumq́ te admoneo, ne ab hoc probato, ueteri et laudabili peregrinandi more te alienari patiaris, quantumuis filij huius seculi hominesq́ maligni te huius deuotionis ergò rideant, contemnant & exibilent, quandoquidem abundè iam edoctus es, peregrinationes Religionis ergò susceptas sacris scripturis non aduersari, sed planè conformes esse & consentaneas: quandoquidem audisti in primitiua Ecclesia, atq́ adeò ipsis penè Apostolorum temporibus eas usitatas fuisse, Deumq́ multis & uarijs miraculis, quæ multoties & nominatim tempore D. Augustini apud reliquias sanctorum Geruasij, Protasij & Stephani

Aug. lib. 22. de ciuit. Dei cap. 28.

Stephani operatus est, hunc peregrinandi morem confirmasse. In sum̃a quandoquidem certissimum exploratissimumq́ habes, eiusmodi peregrinationes esse legitimas, Deoq́ gratas, bonas, acceptas.

Omnis igitur remouenda est hæsitatio: qua enim ratione sit possibile ut, cui placuerunt Niniuitæ, cũ ieiunijs, lachrymis & precibus agerent pœnitentiam, eidem non placeat, si pœnitentiæ ergò ad hanc uel illam Ecclesiam concedas? Ioan. 3.

Quopacto futurũ sit, ut Achab in sacco & cinere pœnitentiã agẽti, misericordiã prẹstiterit, tibi autẽ indignet, si expiandorũ peccatorũ gratia, ad longinquã aliquam Ecclesiã, ubi uel Apostolus quispiã, aut alius spectatę sanctimonię uir sepultus sit de- 3.Reg.21.

ta mente peregrinationẽ instituas?

Quomodò fieri queat, ut Dauid
2.Reg. 15 gratum Deo præstiterit obsequium,
cùm lachrymantibus oculis, nudis
pedibus, aperto capite fugiens Ab=
solonem, Deum imploraret, te au=
tem repudiet, si captata aliquamdiu
maligni huius seculi fuga, quò liberi=
or et expeditior ardentioribus pre=
cibus peccatorum tuorum remis=
sionem à Deo queas exposcere, ad
sacrum aliquem locum religiosè se=
cedas, ubi multorum fidei Christia=
næ ergò martyrio affectorum cor=
pora sunt sepulta?

Qua ratione fieri posit, ut qui in
hodierno Euangelio tanta clemen=
tia suscepit accedentem ad se mulie=
rem hæmorrhoissam, ut uestimenti
sui fimbriam contingeret, firmiter

sperantem

ſperantem per eius contactum ſani-
tatem ſibi reſtituendam, tibi in culpa
ponat & inclementer accipiat, ſi
æquè magna, certa & firma in Chri
ſtum Dominum fide accedas, ueſti-
menti eius aut Apoſtolorū ſuorum
fimbriam, aliorumúe ſanctorum &
fidelium ſuorum miniſtrorum oſſa
in quibus ipſe & habitarit & uixerit,
ut Paulus ait attacturus? Vtiq; audi-
tores, eadem clementia etiamnum 1. Cor. 6.
hodiè accipit, qua tunc ab hac mulie-
re accepit. Non minùs hodiè pla-
cent ei religioſa Chriſtianæ pœni-
tentiæ opera, quàm olim in Dauide,
Achab & Niniuitis placuerunt, un-
dè nemini dubium eſſe debet.

Porrò ſi quiſpiam addubitet, re-
ſpiciat ad plurima, uaria & infinita mi
racula, quæ benigniſsimus clemen-
tiſsimusq;

ta mente peregrinationẽ instituas?

Quomodò fieri queat, ut Dauid
2.Reg. 15 gratum Deo præstiterit obsequium, cùm lachrymantibus oculis, nudis pedibus, aperto capite fugiens Absolonem, Deum imploraret, te autem repudiet, si captata aliquamdiu maligni huius seculi fuga, quò liberior et expeditior ardentioribus precibus peccatorum tuorum remissionem à Deo queas exposcere, ad sacrum aliquem locum religiosè secedas, ubi multorum fidei Christianæ ergò martyrio affectorum corpora sunt sepulta?

Qua ratione fieri posſit, ut qui in hodierno Euangelio tanta clementia suscepit accedentem ad se mulierem hæmorrhoiſſam, ut uestimenti sui fimbriam contingeret, firmiter

sperantem

ſperantem per eius contactum ſani‑
tatem ſibi reſtituendam, tibi in culpa
ponat & inclementer accipiat, ſi
æquè magna, certa & firma in Chri
ſtum Dominum fide accedas, ueſti‑
menti eius aut Apoſtolorū ſuorum
fimbriam, aliorumúe ſanctorum &
fidelium ſuorum miniſtrorum oſſa
in quibus ipſe & habitarit & uixerit,
ut Paulus ait attacturus? Vtiq; audi‑
tores, eâdem clementia etiamnum 1. Cor. 6.
hodiè accipit, qua tunc ab hac mulie‑
re accepit. Non minus hodiè pla‑
cent ei religioſa Chriſtianæ pœni‑
tentiæ opera, quàm olim in Dauide,
Achab & Niniuitis placuerunt, un‑
dè nemini dubium eſſe debet.

Porrò ſi quiſpiam addubitet, re‑
ſpiciat ad plurima, uaria & infinita mi
racula, quæ benigniſsimus clemen‑
tiſsimusq;

tiſsimusq́; Deus magno hominum commodo paſsim tùm prioribus tùm noſtro etiam ſeculo apud ſepulcra & reliquias ſanctorum operatus eſt, & fateri cogetur, niſi planè ſit excœcatus, non aliunde eiuſmodi, quam à præpotente Deo prouenire qui per ſanctos uelut fideles ſeruos non tunc ſolum cùm mortale adhuc corpus circuntulerunt, dæmones eiecit, omnemq́; languorem ſanauit, ad fidem quàm prædicabant contrà ueteres ac nouitios hæreticos confirmandam: ſed eadem hæc miracula etiamnũ hodiè ad uerã, Catholicam ſolamq́; ſaluificantẽ fidẽ ſtabiliendã operatur per hos eoſdem fideles miniſtros ſuos, nunc in cœlis regnantes, & beatitudinis ſuæ ſecuros.

An uerò arbitraris habuiſſe eos

uirtutem

uirtutē, facultatē & gratiā dæmones eijciendi, morbos curandi, quando adhuc in mundi huius miserijs uixerunt & mortali corpore uestiti fuerunt: nūc autē eiusmodi uirtute et gratia destitutos cū felicitatis suæ securi, et iam nūc in cœlū recepti & domestici Dei et ciues sanctorū sint effecti? Luc. 9. Ephes. 2.

Qua tandē culpa commeruerint optimi illi sanctisimiq; uiri, ut hac facultate, semel illis à Christo Domino collata, nunc primùm in ipsis cœlis sint exuti? Sed neq; deliquerunt quicq; uiri sanctisimi, & charitas in ipsis iam demū perfectior est, eoq; potestatem semel à Christo domino acceptam neutiq; amiserunt, et quemadmodum Diuus Hieronymus hac de re scripsit, si Apostoli & Martyres adhuc in corpore constituti Hierony. contrà Vigilant.

constituti possunt orare pro cæteris, quandò pro se debent esse solliciti, quantò magis post coronas, uictorias & triumphos?

Quemadmodum porrò Deus per Apostolos aliosq; Martyres & Sanctos infinitos, dum in hoc mundo uixerunt, dæmonia eiecit, morbos curauit, aliaq; infinita miracula effecit atq; etiamnum quandoq; efficit, ità eadẽ exercuit miracula, æquè dæmones expulit & morbos curauit apud sepulcra et reliquias eorundem, (quandò iam animas eorum in lætitiam & felicitatem æternam suscepit) atq; etiamnũ expellit & curat.

Quisquis igitur nunc ad hanc uel illam Ecclesiam, ad hunc uel illum Diuum, aut ad quascunq; demùm reliquias, religiosè concesserit, ad ipsum

ſum Chriſtum concedit: Quiſquis autem ijsdem in locis uel ab infirmitate, aliaúe quauis neceſsitate liberatus fuerit, hic ab ipſo Chriſto liberatur. Ipſe eſt uerus ille fons, ex quo bona omnia promanant: Ipſe eſt uerus aſſertor et uindex, in quem in omni neceſsitate ſpem & fiduciã noſtram ſecuri collocare poſſumus ac debemus. Ipſe eſt qui per Apoſtolos ſuos aliosq́ ſanctos uaria miracula dùm uixerunt, & poſtq̃ è rebus mortalium exceſſerunt, operatus eſt. Huic ſoli & nulli alij, eadem hæc miracula debemus aſſcribere: atq́ ità demùm gratas & acceptas habebit Deus tuas peregrinationes.

Verumenimuero ſi in peregrinationibus tuis, in ipſos potiùs ſanctos quàm in Deum, plus in hominum

oſſa, quàm in Chriſtum, plus in mortalium opera, quàm in gratiam & uirtutem Domini & ſeruatoris noſtri reſpexeris, nō ſolùm nō acceptas habiturus eſt Deus peregrinationes tuas, ſed ueluti blaſphemiam, idolomaniam, grandeq́ & enorme ſcelus ſumma ſeueritate uindicabit. Vnde quilibet Chriſtianus ſedulò ſibi cauebit, ut ſeueritatem illam euadat, æternamq́ lætitiã & beatitudinem, ex miſericordia Dei cum omnibus electis adipiſcatur, & in æterna ſecula poſsideat. Amen.

Reliquiæ

Reliquiæ Diuorum

PIA ET CATHOLICA PATRVM autoritate defensæ

Per Hannardum Gamerium, Ingolstadij Græcarum literarum Professorem ordinarium.

AD NOBILEM ET Clarissimum uirum, D. Erasmum Vendium, Illustrissimi Principis Alberti Bauariæ Ducis, Consiliarium & Secretarium primarium.

VSque adeóne suis serpens uetus ille Satanas
Præstigijs homines & spectro ludit inani:
Vt malè damnandum scelus et peccata secuti
Relliquias etiam nullo dignentur honore?
Hei quorsum pietas cum religione recessit?
Quorsum uera fides æuo seruata priori

Satanas, natura penultima longa, nam apud Hebræos

Satan dicitur, & tonus longus est in ultima, In carmine quoq; doctißimi produxerunt, inter quos est Sertorius.

Integra & incolumis? quam nunc mutare laborant,
Dum grauiter uiolant, omni uirtute relicta
Peßima tradentes populo documenta magistri.
At tu uipereo quicunq; è sanguine cretus
Ossa iubes diuûm cum sordibus abdita sperni:
Dicito, si patres in te peccare uetusti,
Si potuêre sacri tantum committere uates?
Qui fidei & solo ducti pietatis amore
Horribilem paßi pro Christi nomine mortem
Esse Dei testes olim meruêre uocari.
Nonne fuit mors una satis? mors acris & atrox
Inter Christicolas miseris uersata figuris?
An tua restabant etiam tormenta sepultis?
Quæq; moues diuûm lacerandis oßibus arma?
Heu nimium mala sunt quæ Christo bella mouentur.
Si tamen efficias (quod Iuppiter ipse uetabit)
Vt sit apud gentes memoratio nulla piorum:
Nullæ relliquiæ: sit deniq; nullus in orbe
Relligionis honor: spes uitæ nulla beatæ:
Quam dabit optatæ laudis uictoria palmam?
Nempe (quod æternum fœdus testatur Iesu)
Id lucri facies, ut Christi turpiter hostis
Natus in infernis dicaris sedibus hæres,
Tractandus miserè nigro Plutonis in antro,
Qui dabit horrendam tibi debita præmia pœnam.
Ergò malæ sectæ rerum stolidißime fautor,

Cur tibi persuades, cùm destruis ossa piorum,
Quod iustam eripias idola colentibus ansam?
Quin procul hæreticos & eorum somnia pellens,
Disce pios monitus & dogmata uera probare,
Quæ non ex aliquo scriptore recente legenda,
Sed quæ de patribus planè desumpta reponam:
Illis de patribus quorum meditatio lex est,
Et quorum Domini tantùm sunt iussa uoluntas.
Tuq; adeò Clemens quem secula prima tulerunt
Discipulum Petri, primas in carmine partes
Suscipe, & exponens illo quis tempore cultus
Relliquijs fuerat, crassa depinge Minerua.
Sed cur relliquijs detrectarentur honores?
Scribit enim Clemens ueri certißimus author,
Quòd duo naturæ fuerint ex ordine fratres
(Cum foret omnis adhuc Solyma diuinus in urbe
Cœtus Apostolicus) qui propter nomina Christi
Effudere suum multa cum laude cruorem,
Quorum conspicuo clauserunt membra sepulchro,
Qui fuerant alij Christo per cuncta fideles.
Iurat adhuc idem (iuranti credere fas est)
Quod quoties faceret perfectum circulus annum,
Manibus exequias instaurauêre sepultis:
Et diuûm tumulos effectu numinis albos
Sæpe fuisse refert, nec non manifesta supernè

Descendiße palàm clari miracula cœli:
Donec Christocolis gens impia mitior eße
Disceret, & fidei, quæ cœlos scandit & astra,
Inciperet ueras paulatim sumere formas.
Tu quoq; Corneli domini sectator Iesu,
Cuius clara fuit Cypriani tempore uita:
Et qui, Pontificis dios sortitus honores
Non dubitauisti fidei contentus amore
Horrificæ corpus lacerandum tradere morti:
Dic agè (quandoquidem dux & fiducia cunctis
Inter oues Christi pastoribus ipse fuisti)
Quid de relliquijs te præcepisse fateris?
Sed quid sollicito sancti suffragia patris?
Nam de relliquijs quid senserit ille, docemur,
Cum uideamus eum tot suscepisse labores:
Tot mala ducendæ subijsse pericula uitæ:
Tot uarijs diuersa modis incommoda passum:
Vt Petri & exanimis poteretur funere Pauli,
Ad quorum tumulos (nam qui successerat illi,
Littera sic Stephani captiuis scripta fatetur)
Prò captis dominum prostrati sæpe rogabant.
Sed nunc Eusebij scriptoris ad acta feramur,
Qui: quia per patulum iam notus Episcopus orbem
Obtinet à nullo uiolandam crimine famam:
Perspicuè poterit ueris exponere causis,

Quales relliquijs addicebantur honores,
Quo Constantinus regnaret tempore Cæsar.
Tanta fuit pietas diuûm seruantibus ossa
Christicolis, inquit, tantum pietatis honorem,
Ipsi Christicolæ sacris tribuêre sepulcris:
Vt cum relliquijs seruatis ossa piorum
Aequari superis gentes aliquando putarint.
Hinc ut adorandi poßit minor esse facultas,
Vtq; idola suum conseruent integra numen:
Præcipitauerunt in uastum corpora pontum,
Quæ modò uisceribus terræ commissa iacebant.
Tu quoq; quem uero Basileum nomine dicunt,
Cæsaris antiqua clarißime præsul in urbe:
Ede tuos cultus: & quo Respublica ritu,
Te duce, relliquijs aliquem seruauit honorem
Vt dubios moneas, præsenti mente rogamus.
Mortua Iudæos fecerunt corpora turpes,
Nunc aut relliquias, aut tangens funeris ossa
Efficitur pura subitò niue pulchrior omni:
Nam sub relliquijs uis est & gratia Christi.
Idem multa refert alio miracula libro
Quæ Deus auxilij dans confidentibus omen,
Nomine Mammetis dicto sanctißima fecit.
Ast ego quid cunctos per singula nomina quæro?
Quin simul aut multos, aut omnes deniq; testes

Eximia dignos grauitate prioribus addo?
Eugè patres sancti, quorum pia numine corda
Spiritus è cœlo missus Carthagine fouit:
Dicite concilij quæ sit conclusio uestri?
Concilij uerò talis sententia quinti,
Cum de relliquijs contentio multa fuisset,
Pectora restituit ueræ turbata quieti:
Præcipit euerti nostri concordia cœtus
In uicis & agris positas communibus aras,
Tanquam participes alicuius numinis essent,
Quæ neq; relliquias neq; diuûm corpus habebãt;
Et placet, ut nulli diuorum templa dicentur,
Si non relliquias aut corpora certa uidebunt
Pontifices tradi sacris præsentia fanis.
En tibi concilij sententia propria quinti,
Quod fuit in magna factum Charthaginis arce
Sed ne deficiat numerandis partibus ulla
Materiæ species, neu iusta calumnia detur:
Adijciam breuiter reliquos ex ordine testes,
Quos etiam ueros contraria secta fatetur.
Quotquot enim patres ætate priore fuerunt,
Ossa piè diuûm semper uoluere reponi:
Interdum populi precibus seruata preesse:
Interdum, miseris addi solatia rebus,
Offerriq; rubris ceu numen habentia fastis.

Nemo fidem nostris habeat (sic postulo) dictis,
Si non ipsa patrum uerè sententia firmet,
In quibus hæreticæ contagia nulla ruinæ:
In quibus, ut diuis, error loca nullus habebat.
Obsecro, dic si non Hieronymus ipse sacerdos,
Et famulus Christo per singula puncta fidelis
Relliquias iubeat purè sanctéq; reponi?
Dum queritur mœstis mœstissimus author amicis,
Quòd malè conetur spurco Vigilantius ore,
Diuûm relliquias fidæ subducere genti:
Certè relliquias putat Augustinus habendas,
Et ueneratur eas sacro Chrysostomus ore,
Nec non Ambrosius ueræ pietatis amator,
Cumq; Damasceno qui sacræ nomina uitæ
Possidet Eusebius diuerso notus in orbe.
Deniq; quos habuit primos Ecclesia ciues:
Et quos constituit Respublica uera ministros:
Relliquijs magnum tribuerunt semper honorem.
Ergò quisquis ades fictæ pietatis amator,
Hortator sceleris nimium manifestus iniqui:
Desine Romanos populo subducere cultus,
Et pare fidei, quæ tot syncera per annos,
Quæ per Apostolicos laudatur uera libellos:
Cur? quod ab æternis animi rationibus horret,
Cur uetuêre pij? quod persuadere laboras.

O quàm stulta uiris, & quàm temeraria mens est,
Qui malè credentes (ut ouis quæ nescia peccat)
Pastores dominos falsa ratione sequuntur,
Tu uerò, quicunq; uoles stultißime falli,
Hos sequere: hos solos patribus mirare relictis:
Hos imitare duces: horum uestigia forti
Obseruata gradu, quamuis sint impia, serua:
Me pia relligio proauis celebrata uetustis
Me, me, dia fides: me sacratißima uirtus:
Me recreant Patrum mores ac iura piorum:
Et quæ perpetuò tecum, doctißime Vendi,
Pontificum summis prò uiribus acta tuebor.

SEQVVNTVR TRES Psalmi Dauidis, Carmine Elegiaco uersi, olim Henrico Syluio, Patricio Amsteredamo, Domino & Patrono suo dedicati.

AVTHORE

Hannardo Gamerio Mosæo, Græcarum litearum Ingolstadij Professore.

Tertius Psalmus.

QVàm Deus infesto miserabilis uror ab hoste?
Quàm miserũ stricto perfidus ense petit?
Arma parant multi, multi conuitia dicunt,
Sed nec apud Dominum spem superesse mihi.
Tu tamen es clypeus, qui corpora nostra tuêris,
Tu decus & capiti gloria certa meo.
Tu de monte sacro, quoties hac uoce uocaris,
Annuis, & precibus tu facis esse locum:
Quo tutante quidem sic me compono quieti,
Vt mea sint omni libera corda metu.

Sic cubo, sic iterum transacta nocte resurgo,
Tela ut non timeam mille parata mihi.
Quare age summe pater tua nunc mihi numina pro-
Qui præfracta meis hostibus ora secas. (sint.
Qui frangis rabidos præmisso pondere dentes,
Nec sinis, ut teneant, quos habuère mali.
Nanq; tuum esse puto socios seruare fideles,
Et famulos itidem ritè fouere tuos.

Psalmus Quartus.

SVmme pater nostris præbe modò uocibus aurē,
Qui mihi iustitiam solus inesse facis,
Rebus in aduersis qui me defendis amicum:
Iam placida nostras excipe mente preces,
Excipe mente preces, & sint rata uota precantis,
Orantisq; Deus iam miserere mei.
O genus humanum quando mea gloria tandem
Mentibus infamis desinet esse tuis?
Quando nulla tibi fuerit res friuola curæ?
Quando tibi ueri mentio dulcis erit?
At scitote uiri quòd me delegerit unum,
Qui patris implorans numina tutus eam.
Linquite uos igitur commercia fœda malorum,
Et libeat prauum deseruisse nefas.

Proderit

Proderit hos monitus tacito repetisse cubili,
Iussaq; sub memori corde tenere diu.
Iustitiæ Dominæ Virtutum sacra parari
Cura sit in Domino spe remanente meo.
Sed bona quis dederit nobis ? (scio dicere multos)
Quis bona tot nobis exhibuisse potest ?
Tu Deus intereà claram nos indue lucem,
Et uideant uultus lumina nostra tuos,
Te dato spectandum qui tot frumenta ministras,
Qui das ex facili dulcia uina sinu.
Qui mihi das tutam firmo cum robore sedem,
Siue ego tranquillus dormio, siue cubo.

Psalmus Quintus.

NVnc Deus his adhibe nostris sermonib. aures,
Nunc quoq; sit linguæ uox tibi nota meæ,
Percipe quas secum curas mea pectora uersent,
Exaudi querulis edita uerba sonis,
Tute meus Deus es, tu nostri sanguinis author,
Tu Rex, & capitis tu diadema mei,
Manè sacras uoces & uerba precantia dico,
Sollicitasq; Deo do tibi manè preces,
Intentus tibi sum, tibi sum quoq; deditus idem,
Dum mea tàm placidè uerba rogantis habes,

Non

Non etenim Deus es qui facta inhonesta sequaris,
Quiue petas æqua mente fouere malos,
Vesanos fugiens hominum mendacia carpis,
Nec tua peruersos lumina sacra ferunt,
Odisti tacitas fraudes & facta maligné,
Hinc manus est odio sanguinolenta tibi:
Ast ego diuini fretus bonitate parentis,
Ingredior sedis tecta beata tuæ,
Te ueneror, supplexq; simul tua numina posco,
Adq; tuam cellam relligiosus eo,
Ergò Deus quacunq; trahet me passus euntem,
Iustitiæ ducat semita recta tuæ,
Ne mihi securo sit forsitan obuius hostis,
In loca me facias uertere tuta pedem.
Namq; illi dubio certi nihil ore loquuntur,
Nemo aliquid certi, quod fateatur, habet,
Pectus inest illis & mens in corpore dira,
Nil nisi perpetuò dira uenena uomens,
Ingentiq; patens est illis guttur hiatu,
Qualiter in terris esse sepulcra solent,
Illi pelliciunt alios sermone suaui,
Et fallit lepido subdola lingua sono,
Perde Deus prauos, & conciliabula linquant,
Consiliumq; suum deseruisse uelint.

Deijce

Deijce qui iußis Domini parere recuset,
Aut si quis Domino fortè rebellis erit,
Sed tibi fidentes Letentur in omnibus unà,
Et quibus est in te condita uera fides.
Exultent pariter sacrum qui nomen amabunt,
Te quoq; sic tuti præside semper eant.
Tu siquidem iustos pater & Deus optime seruas,
Et facis hos digno laudis honore frui.

ERRATA.

Folio 16. pag. 2. lin. 9. lege *eum.* Fol. 17. pag. 1. lin. 18. *inuocarunt.* Fol. 28. pag. 2. lin. 1. *statuistis.* Fol. 29. pag. 1. lin. 1. *centurijs.* Fol. 32. pag. 1. lin. 5. *ossium.* Fol. 32. pag. 2. lin. 5. *perspicacioris.* Ibidem lin. 11. *Indico.* Fol. 35. pag. 2. lin. 17. *idem.* Fol. 40. pag. 2. lin. penult. *idololatriam.* Fol. 45. pag. 1. lin. 8. *sanitate.*

Ingolstadij excudebant Alexander & Samuel Vueissenhornij.

ANNO M. D. LXV.